# Orationes Prelectiones

Præfationes & quædam Mithicæ Hiſtoriæ Philippi Be
roaldi.

Item Pluſculæ Angeli Politiani. Hermolai Barbari.
Atq; vna Iaſonis Maini Oratio. Quibus addi poſſunt va
ria eiuſdem Philippi Beroaldi opuſcula cum epigrãmatis
& eorum cõmentariis.





**Que omnia venũdãtur Par**
rhiſiis In Aedibus Aſcenſianis: & ſub Pelicano.

Philippus Beroaldus Martino Boemo diſcipulo ſuo.

Collegi nuper oratiunculas nonnullas varijs a me temporibus & argumentis cõcinnatas: eaſq; te impulſore tradidi impreſſoribus imprimẽdas: quę fortaſſe tutius intra chartaceã meã ſupellectilem delituiſſent ſicuti prius ſitu puluereo obrutæ deliteſcebant. Sed mos gerendus fuit tibi id a me petitionibus prope quotidianis efflagitanti: quem mei nominis amantiſſimum/ meæq;( quantulacũq; eſt ) eruditionis ſtudioſiſſimũ cognoui. Et ſane tu vnus imprimis id facis quod faciendum doctiſſimi ſcriptores præceperunt. Vt præceptorem non minus q̄ ipſa ſtudia ames: eumq; ad patris vicem colas: qui & ipſe animorum parens merito nũcupari poteſt. Nam ſicuti parentes filiorum corpora effigiant: Ita præceptor diſcipulorum mentes format: quæ res tanto precioſior videri ſolet: quanto homo interior homine eſt exteriore pręſtantior. Tu vero perge quo cœpiſti mi Martine inter ſcholaſticos tranſmontanos probatiſſime: & litterarum ſtudijs prout facis vigilanter incũbe. Enimuero ſuauiſſimi tui mores. Ingenij ſpecimen. Naturæ docilitas & auiditas inexhauſta diſcẽdi ſpondent talem te futurum: vt quandocũq; in patriam repedare deſtinaueris domuitionemq; capeſſere: poſſis tecum cum cultu/nitoreq; Italicorũ gemino opulentiam quoq; litterarum in Boemiam reportare. Hic autem libellus ( vt opinor ) neq; tibi/ neq; tui ſimilibus ſordeſcet propter rerum quas continet nõ iniucundam varietatem. Vale & dilige doctorem.

Hessische Universitäts-Bibliothek GIESSEN

## Philippi Beroaldi Bononienſis oratio habita in enar‑ ratione Georgici carminis atqꝫ tranquilli: qua laus rei ruſticæ cõtinet

PRudentis litterarũ profeſſoris officium eſt viri præſtantiſſi
mi verba rebus quas tractaturꝰ eſt accõmodare: & orationẽ
illis applicare ſcriptoribus quos eſt enarraturus. Vt ſcilicet
talis ſit prima oratio qualis eſt rerum explicandarum futura materia Officiũ ꝓ
Et quẽadmodũ ille ineptus dicit eſſe precator qui aquã a libero vinũ feſſoris.
precatur a nymphis: ita prępoſterus ille videri poteſt enarrator. qui in
principio ſuarũ enarrationũ vagatur extra propoſitũ/& dũ amphorã
facere deberet vrceũ format. Nec imerito vetus ille vituperat orator ꝗ
cũ diſerte diceret: & volubilitate verborũ raperet cauſam oĩno nõ tã
gebat: vnde prudens auditor: & iudex bene inquit & bene: ſed quor=
ſum iſtud tuũ tam bene? Nos igit ne ab officio boni profeſſoris diſce
deremꝰ ea hodierno die dicere inſtituimꝰ q̃ agricolationis Vergilio &
hiſtoriæ ſcriptori trãquillo ſint accõmodata. Quę dũ a nobis explicã
tur: vos om̃is q̃ſo vt benigne/attẽteqꝫ audiatis: Nec inuiti ſeſquihorã vitę hoĩꝫ
officio litterario ĩpertiatis. Ea enim (vt ſperamus) audietis quę volu= duæ.
ptati vobis ſit audiuiſſe: & vtilitati meminiſſe. Vitę hoĩm traditę ſunt Ruſtica.
duæ: Ruſtica & vrbana. Quę quẽadmodũ loco diſtinctæ ſunt: ita te
poris interuallo ſeparatæ. Lõge em̃ antiquior ruſtica eſt. Cũ rura diu
ante vrbes inuẽtas hoĩes coluerint: & ĩmẽſo annoꝝ numero agricolę
vrbanis antecellũt: nec miꝝ cũ diuina natura dederit agros: ars huma
na ædificauerit vrbes. Ipſam vero ruſticã vitã eruditiſſimi bifariã di
uiſerũt videlicet in paſtoricã: & agriculturã. Alia em̃ ſciẽtia coloni eſt
Alia paſtoris. Neqꝫ idẽ ſunt paſtio & agricolatio. Quæ ab exiguis ꝑ=
fecta primordijs ad id dignitatis ꝓceſſit vt ruſtici vrbanis ꝑponerent Ruſticę
vt apud veteres romanos ruſticæ tribꝰ laudatiſſimę iudicarentur. Vr= laus.
banę vero ignominioſæ. Et apud ãtiquos græcos illuſtriſſimꝰ quiſqꝫ Polyar=
paſtor erat ex quo alios gręco vocabulo polyarnas alios polymelas nę Poly
alios polybutas vocitarunt. A multitudine videlicet agnorũ/ouiũ ac melę. Po
boum. Romani cũ virũ bonũ laudabãt eum bonũ agricolã/ bonũqꝫ lybutæ.
colonũ appellitabãt: Ampliſſime em̃ laudari æſtimabat qui ita lauda
batur. In tãto deniqꝫ honore: tãtaqꝫ ęſtimatione apud priſcos fuit ru
ſticatio vt ĩpatores romanos nõ puderet manibꝰ triumphalibꝰ colere
agros: tractare ſemina. Diſponere arbuſta: & eadẽ diligẽtia metiri ar=
ua qua caſtra: & eadẽ cura exercere ligones: & farcula q̃ gladios & pila
Ipſi proceres vrbis in agris morabãtur. Et vt inquit elegiarũ ſcriptor
Centum illi in prato ſæpe Senatus erat.

Viatores — Et cōſilium publicū deſiderabať a villis accerſebanť in ſenatum
Cicinatꝰ — ex quo viatoribus nomen eſt inditū ſenatores /duceſqꝫ in vrbē accer
Serranꝰ. — ſentibꝰ.. Aranti Cincinnato viator attulit dictaturā. Serranum inue=
Cato. — nere ſerentē oblati honores: Porcius Cato ille Cenſorius et oīm bo=
Abdolominus. — narū artium magiſter agricolendi ſtudioſiſſimus fuit & villaticis vo=
luptatibus in primis oblectabatur Inter externos quoqꝫ Abdolomi=
Fabij — no agrū colenti regimen Tyriorum vltro traditum eſt: & vltro oblata
Lentuli. — ſunt regię maieſtatis inſignia. Pręterea nobiliſſimarū familiarum non
Cicerōes — aliūde cognomēta ſumūt q̄ a rebus ruſticanis. Nam Fabii Lentuli Ci
Piſones. — cerones a leguminibus quæ quiſqꝫ optime ſerebat cognominati ſunt
Iunii. — Piſones a pinſendo nūcupati. Multa quoqꝫ nomina habemus veterū
Statilij. — Romanorū partim a maiore. partim a minore pecore deducta. Nam
Pōponij — iunios bubulcos: ſtatilios tauros: Pomponios vitulos cognomina=
Porcij. — runt. Et porcij Catones: & annij capræ inde dicūtur. Quinetiam Ita=
Annij — liam nuncupationē traxiſſe a vitulis quos græci antiqui Italos voca
Italia. — bant. Et romanum populum a paſtoribus eſſe ortum nemo nō nouit
Huc adde ꝙ ex agricolis gignūtur milites ſtrēnuiſſimi: & optimi Ty=
rones ex robuſta ruſticorum iuuentute deligebātur. Firmiora etenim
ſalubrioraqꝫ ſunt corpora eorū qui ſub dio artus roborant foriſqꝫ ver
ſantur: q̄ qui in vrbibus intra cōſepta vmbroſaqꝫ deſides cūctanť. Et
Aeſculapij tēpla. — hinc me Hercules eſt ꝙ græci: Romaniqꝫ tēpla Aeſculapio medicinæ
deo extra vrbes ædificabant. Quia videlicet credebant fidelius: con=
ſtantiuſqꝫ illos valituros qui in agris q̄ qui in ciuitatibus habitarent.
Hinc illa veterū romanorū maſcula proles agreſtibus operibus exer
citata & ſubdialibus durata laboribꝰ bellicos tumultus martiaſqꝫ ex=
ercitationes facile ſuſtinuit: & aduerſus externos hoſtes ſemper vi=
ctrix ſemper inuicta ſurrexit. Enimuero tempora illi ita partiebantur
Nūdinę. — Vt nonis tantum diebus res vrbanas reuiſitarent reliquis ſeptem die=
bus res ruſticas exercerent. Vnde & nundinarum conuentus conſti=
Queſtus agricolarum. — tuti. Præterea cum mercatorum quæſtus ſit periculoſus: & calami=
toſus: cum fœneratorum inhoneſtus: & dedecoroſus: cum opificum
ſordidus & illiberalis: Sola eſt agricultura ex qua quæſtus ſtabiliſ=
ſimus honeſtiſſimuſqꝫ conſequitur: minimeqꝫ inuidioſus. Quam Ari
Prata. — ſtoteles in œconomico potiſſimam ſecundum naturam poſſeſſio=
Locupletes — num eſſe commemorat. In qua Catonis oraculum vitem quęſtuoſiſ=
ſimam iudicauit: Scropha vero pratis primatū bonitatis dedit: a quo
pecunia. — antiqui prata parata nomīauerūt. Hinc locupletes appellati loci hoc
Peculiū. — eſt agri pleni. Et ipſa pecunia ipſumqꝫ peculiū a pecore nomen ſorti=
untur qđ in ruſticatione quæſtuoſiſſimum eſt. Quod vnum diuitiarū
genus apud veteres vſurpabať. Exiſtūt tamē auctores inclytiſſimi q

autumãt pecuniã a notaꝫ pecudis eſſe appellatã: qua ſignatus fuit ex ære nũmus a Seruio Tullio rege romanorum. Theſeum quoqꝫ apud græcos memorię proditũ eſt ſignaſſe nummum bouis nota vt ita ad agricolationẽ atticos ꝓuocaret. Vnde hecatonboon qđ eſt centũ nũmorum & decaboon qđ eſt decẽ appellãt ab eo nũmo in quo effigies bouis erat inſculpta. Quinetiã luculẽtiſſimi ſcriptores fortunatiorẽ beatioreꝗ̃ ruſticorũ vitam q̃ vrbicorũ eſſe dixerunt. Et olim Delphicus Apollo Aglaum prophodiũ dixit eſſe feliciſſimũ. Qui paruum quidẽ prædiolũ colebat ſed annuis victibus large ſufficiens. Ex quo nunq̃ egreſſus ferebatur. Et Diocletian⁹ impator imperio imperatoriaqꝫ purpura depoſitis feſtinabũdus ſe contulit ad Tranquillitatem rei ruſticę quietiſſimã. Illicqꝫ in ocio beatiſſimo cõſenuit. Et Attalus Rex omiſſa regni adminiſtratione hortos fodere cœpit & gramina ſeminare. Vñ nõ minus vere q̃ elegãter ſcripſit Mantuan⁹ Homer⁹. Pecunia.

O fortunatos nimium ſua ſi bona morint
Agricolas. Quibus ipſa procul diſcordibus armis
Fundit humo victum facilem iuſtiſſima tellus.

Idem ſecundũ litterarũ vitam qua nihil eſt excellentius/nihilqꝫ amabilius. Exoptat vitam ruſticanã ſcribens facundiſſime.

Rura mihi & rigui placeant in vallibus amnes.
Fulmina amem ſiluaſqꝫ inglorius:

Et ab Horatio decentiſſime dictum eſt.

Beatus ille qui procul negocijs
Vt priſca gens mortalium:
Paterna rura bobus exercet ſuis:
Solutus omni fœnore. Lucretius quoqꝫ de vita ruſtica loquens ait.
Tum loca tum ſermo tum dulces eſſe cachinni
Conſuerãt. agreſtis enim tum muſa vigebat. Et ab eodem ocia agricolarũ dia hoc eſt generoſa nũcupantur. Merito igitur de agricultura tam honorata/tam laudata/ tãqꝫ frugifera nõ ſolũ priuati ſcriptores pręcepta tradiderũt: verũetiam reges operępreciũ ſe facturos æſtimatunt ſi de re ruſtica libros condidiſſent. Nec talem ſcriptitãdi prouinciã maieſtati regiæ indecoram eſſe crediderunt. Siquidem Hiero. Attalus Philometor et Archelaus Reges. Xenophon & Mago duces de ruſticis rebus diligentiſſime perſcripſerũt. Complures vero minori fortuna: nõ minori cura apud græcos negociũ iſtud ſcriptis prodiderunt Apud latinos autẽ. M. Cato. qui dictus eſt optimus Orator/ optimus Senator/optim⁹ Imperator: Agricolationẽ ciuitate romanã donauit: & eã loqui latine primus inſtituit. Cuius liber extat erudiſſime cõſcriptus & ꝓpter vetuſtatẽ adorãdus. poſt hũc duo Saſernę

pater & filius. deinde Tremellius. Scropha. Corne. Celſus. Iulius Atticus Iulius græcinus. Iulius hyginus. & Gargilius Martialis hanc materiam proſecuti ſunt. Quorum volumina Calamitate temporū & incuria mortaliū deperdita deſiderantur. Ex his vero qui leguntur Terentius Varro rem ruſticam expoliuit. Plynius cōpoſitiſſima breuitate venuſtauit. Paladius decētiſſimo ordine diſtinxit. Columella autem tanq̄ ruſticationis parens eam diligentius erudiuit: & totum

Canon. i. regula

disciplinę corpus luculentis voluminibus cōplexus eſt. Sed nos maxime omniū Virgilium Maronem veneremur. Qui quaſi canon fuit poſterioribus ſcriptoribus agriculturæ pręcepta petētibus ab eo velut ab lege quadā. Quo vno Columella ꝑcipue eſt vſus archetypo:

Archetypo prio exēplari.

qui carmine rem ruſticam fecit eloquentē. Eamqꝫ vnus omniū maxime illuſtrauit. quin tanto maior eſt heſiodo aſcręo in hoc ſcribēdi genere apud græcos præſtantiſſimo: quanto Mantua maior eſt Aſcra. Laudationibus Maronis in præſentia ſupſedebimus cū illius tāta ſit gloria vt nullius laude creſcat. nullius vituperatione minuatur. Hoc vnū obiter dixiſſe contenti ſimus Vergilum tantū inter latinos poetas oēs excellere quantum inter minores ſtellas luna ſplendeſcit. Cui non fauor principum nomen conciliauit: ſed ingenium diuinum eximiæqꝫ virtutes fauorem principum & populi comparauerunt. Qui hoc ſolus aſſecutus eſt: vt appellatione poetę Virgilius apud latinos intelligatur. Sicuti apud gręcos Homerus. ſicut nūcupatione vrbis Roma ſignificatur. Eſt enim poeta haud dubie incōparabilis & quē cæteri oēs longo interuallo ſubſequātur. vt veriſſime ſcripſit Quintilianus. & olim populus Romanus auditis in theatro Virgilij verſibus ſurrexit vniuerſus. & præſentem ſpectantēqꝫ poetam tanq̄ alterum auguſtum eſt veneratus. Hic eſt ille quē omnes ſcriptores certatim extollunt. De quo Alcinius poeta ſic ſcribit.

De numero Vatum ſi quis ſeponat Homerum:
    Proximus a primo tum Maro primus erit
Et ſi poſt primum Maro ſeponatur Homerum.
    Longe erit a primo quiſqꝫ ſecundus erit.

Hunc etiā duo in lingua vernacula excellentiſſimi poetę Franciſcus petrarcha. & Dantes florentinus ſummis laudibus decorarunt. Conſenſus eruditorum eſt nullum latinorū poetarum. P. Virgilio eſſe cōparandū nedum ęquiparandum Qui a lactantio noſtrorū primus a Seneca Vates maximus: ab Augſtino poetarū omniū pręclariſſim⁹ & optimus appellatur. Quē Alexander Romanus imperator parentem poetarum nūcupabat. Enarrabimus itaqꝫ conſultiſſimū rei ruſticæ illuſtratorē. Ft diis beneiuuātibus Virgiliana georgica auſpicabi

mur. In quibus tā emūctus/tā eloquens/ tam eruditus eſt :tam deniq̧ abſolutus cōſūmatuſq̧. Vt non pauci ingenio doctrinaq̧ pręſtantes Georgicū Maronis carmen æneidi illi diuinę anteponere non vereā- tur. Ego vero vt hoc diiudicare nō auſim: ita illud affirmare non du- bitem: in georgicis Maronianis tantā eſſe rerꝝ verborumq̧ copiam: tantā multiformis doctrinæ cognitionē: quantam in pauciſſimis ſcri ptoribus nouiſſe meminerim. Enarratio huius poematis cōplectet enarrationē Columellę. Catonis: Varronis atq̧ Palladij. multa quo- q̧ Plinianæ eruditionis cū Vergiliano carmine enodabimus: q̄ pro- phanum vulgus ignorat. Eidem etiā lectioni multa iuriſcōſultorꝝ: ac cōmodabimus: apud quos tituli ſunt rerū ruſticarū vt de fundo inſtru cto de ſeruitutibus prędiorū: finiū regundorū: de aqua quotidiana: & æſtiua: de i fonte & riuis: & multa id gen⁹ interlegendū obſeruabimus. Quā curioſi lectores georgicorū fuerint diuus Auguſtinus· diuuſq̧ Hie ro. q ſępiuſcule iſti⁹ poematis citant teſtimonium: & in primis Hiero- nymus in epiſtola ad ruſticū monachū verſus illos decenter vſurpat Ecce ſupercilio cliuoſi tramitis vndā elicit: quorꝝ pulcherrimorū ver ſuū ſpectatores eē admonemur in decretis. Diſt. nouiſſima de cōſecra tione. Lectioni Maronianę copulata erit lectio Suetonii tanquilli ſcriptoris candidiſſimi. Cui cōſenſu eruditorū dat palma; in vitis im- peratorū ſcriptitandis. Et quēadmodū Vergiliū rei ruſticæ ſcriptores exēplar habent: ita Suetoniū tanq̄ ducē poſteri ſecuti ſūt in hoc gn̄e ſcribēdi: vn̄ Iuli⁹ capitolin⁹ ꝓfitet ſe illo modo & ordīe ſcribere velle de īperatorib⁹ quo Suetoni⁹ trāquill⁹ ſcriptitauit. Et diuus Hierony. ſcriptorū eccleſiaſticorū Catalogū texens ducē ſequit trāquillū: & ei⁹ volumen de grāmaticis & rhetoribus vetuſtiſſime conſcriptū habet Archetypon. Idē a Flauio vopiſco ſcriptor emēdatiſſim⁹ & cādidiſſi mus appellat: cui dicit familiare fuiſſe amare breuitatē. Erit operępre cium in trāquillo tanq̄ in lucidiſſimo ſpeculo cōtēplari qui mores: q̄ ſtudia fuerint virorꝝ maximorū. Quorū cognita Vita ſn̄iam illā Pla tonis veriſſimā eē cōprobabit: p̄clara ingenia quēadmodū virtutes maximas ita vitia quoq̧ maxima ꝓducere ſolere. & qđ nos querimur id maiores noſtros q̄ſtos eſſe: videlicet illo priſco ſęculo euerſos fuiſ ſe bonos mores: regnaſſe nequitiā: & ex īpatorib⁹ plures extitiſſe fla- gitijs maculoſos q̄ virtutib⁹ decoratos. Oīs hiſtorię iucūda cognitio eſt & ferme oēs hiſtorici fauorabiles: ſed tāto fauorabiliores illi cēſen di ſūt: quāto digniorib⁹ ſūt accōmodati. Principib⁹ aūt accōmoda- tiſſimi ſunt libri de vita & moribus principum cōcinnati. Qualis eſt Suetonius. Vnde capiant exempla quę imitentur. Et quę vitāda ſunt vitare condiſcant. Hinc eſt q̧ Demetrius phalerus Ptolemæum re

Suetonij Laus.

gem monere ſolebat vt libros de imperio regnoq; compoſitos lectita=
ret. in illis enim ſcripta documenta cõtineri: quę amicũ, monere nõ au=
deant. Et Scipio aphricanus laudatur ꝙ pędiã Cyri a Xenopõte ele=
ganter magis q̃ fideliter ſcriptã nunq̃ dimittat e manibus. Quã Cice
ro cum Imperator eſſet totã legendo contriuit. hoc duces. hoc princi
pes maxime decet. hoc a ſummatibus viris fieri debet: in legẽdo tran
quillo qđ Aphricanꝰ/qđ Cicero in Xenophõte factitarũt. Nos vero
faciamus id qđ Cyprianus: qui abſq; Tertulliani lectione nullã diem
pręterire permiſit. qui crebro dicere ſolebat. Da magiſtrum videlicet
Tertullianum ſignificans. Nullũ nos quoq; diem ſine trãquilli lectio
ne prætereamus. Et ſicut Archeſilas anteq̃ iret dormitũ/& mane cum
ſurgeret ibat ad Homerũ lectitandũ dicens ſe pergere ad Amaſiũ. ita
nos & matutino & veſpertino tempore ad Tranquilli lectionẽ perin=
de ac dulcis amaſij accedamus: & in eo veterũ imperatorũ vitam/mo
res/geſta contemplemur: ne pueri ſemper eſſe iudicemur. Nãq; neſcire
quid anteq̃ natus ſis acciderit id eſt ſemper eſſe puerum. Erit medius=
fidius Trãquilli lectio plena iucũditatis/plenaq; eruditionis. ſed eru=
ditionis: neq; protritę/neq; triuialis: in qua homines alioquin eruditi
allucinãtur. Quę recondita eſt & clauſa in litterarũ interiore ſacratio.
In cuius veſtibulo hęrent hominęs male litterati. Sed quid ego iam
multa de Vergilio tranquilloq; commemoro quorum eruditio eruditiſ
ſima. & facundia facũdiſſima per ſe patet & manifeſtaria eſt. Ego ve=
ro omni ſtudio/omniq; diligentia elaborabo: & omnibus viribus ner
uiſq; contendam implicita explicare: nodoſa enodare: & abſtruſa re=
cludere. In ſumma pro virili parte connitar. vt nulli auditorũ enarra
tiones noſtrę ſint futuræ infructuoſæ: vt nullius gymnaſij noſtri cul
tor aſſiduus merito dicere poſſit ſe operã & impẽſam ſub magiſtro pœ
nitẽdo perdidiſſe. Sed iam tempus eſt canere receptui. Et vela oratio=
nis meditatæ cõplicare. Vt deinceps ex temporalis elocutio oram ſol
uat: & ꝑ æquor patentiſſimũ minime cũctabunda diſcurrat. Cuiꝰ mer
ces incõpoſitę nõ minꝰ futurę ſint frugiferę atq; iucundæ: q̃ orationis
compoſitiſſimę fuerunt. Vos quæſo vt quemadmodũ iam quæ dixi=
mus attente audiuiſtis. ita quæ dicturi ſumꝰ attẽte audire velitis. Dixi=

Philippi Beroaldi oratio habita in principio enarrationis
Propertii continens laudes amoris.

SOcrates ille fons philoſophorũ Viri clariſſimi: Cuius lucu
lentis diſſertationibus libri Platonis ſunt refertiſſimi: qua=
dam olim oratione amorem vituperaturus ob verecundiã
pallio caput operuit. Idem mox eiuſdẽ laudationem per palinodiam.
hoc eſt contrarium cantũ celebraturus id aperto atq; reuelato capite:

factitauit. Nos quoq; in præſentiarũ amorẽ laudaturi ſocietatis exem
plo non obuoluto capite dicemus: ſed aperto nõ pudibundi tergiuer
ſanteſve: ſed ſequeſtrato pudore alacres deum illum laudabimus: qui
vnus & maxime laudandus eſt: & maxime laudabilis poetaſq; ama-
ſios atq; poeſim amatoriam docebimus etiam grauiſſimis profeſſori
bus cõuenire dignaq; eſſe id genus poemata: quę in gymnaſio littera
torio publica ꝓfeſſione palam explicentur. Nouiſſimo loco perora-
bimus ea adhibita peroratione: quæ neq; auribus veſtris iniucunda
neq; mentibus infructuoſa futura ſit. Quę ſingula dũ a nobis ſumma
tim pertractãtur: Vos quęſo me ſicuti facere conſueuiſtis benigne/at-
tenteq; audiatis. Magnꝰ deus eſt amor & apud deos homineſq; mirã Amor.
dus vt philoſophorum ſapientiſſimi dixerunt: & ob originem anti-
quiſſimã in primis honorandus. Siquidem Heſiodus cecinit poſt illđ
primordiale chaos repente terrã atq; amorẽ ſimul extitiſſe. Et vt inq̃t
eleganter permenides. Ante deos omnes primũ generauit amorem
Vnde ab orpheo. Quẽ diues Auguſtus inter theologos priſcos an-
numerat cognominatus eſt phanes ab eo ꝙ ex chao primꝰ apparauit
Plures amores ſicuti veneres fabuloſa finxit antiquitas. Quos lucu-
lenti ſcriptores poſteritati commendarunt. Nos vero omiſſis reliquis
amorem illum celebremus qui a Platone diuinitus memoratur: Qui
virtutes amatoribus ſuis conciliat. Qui nos dijs amicos facit. Nos a
platonica diſciplina ne digito quidem (vt dicit) tranſuerſo recedẽtes
laudemus amorẽ prout laudari meretur: dicamuſq; eũ eſſe cœleſtẽ/be
neficũ/pacificũ/pulcherrimum: qui mortalibus maximorũ bonoruꝫ
cauſa eſt: qui pacem largitur hominibus: Qui vẽtis requiem: q mari
tranquillitatẽ: qui elementa ſocietate cõglutinat: qui cunctas animã
tes familiaritate cõciliat. beniuolentię largitor: maliuolentię extermi
nator. Et quẽadmodũ coniũgi nõ poteſt amaritudo cum dulcedine/
caligo cum lumine/pluuia cum ſerenitate/ pugna cum pace/ cum fœ-
cũditate ſterilitas/cũ tranquillitate tempeſtas: ita cum amore odium.
inuidia liuor: maliuolẽtia copulari non poſſunt: Et quẽadmodũ radiꝰ
a ſole: calor ab igne. rigor a glacie: candor a niue nequeunt ſeparari:
Ita ab amore diuelli nõ poſſunt beniuolẽtiæ/ſocietas: neceſſitudo: cõ
cordia hic eſt enĩ amabiliſſimus: amicicię nodus pricepſq; ad beniuo
lentiam cõglutinandã vnde ab amore amiciciã nũcupatam eſſe ſapi
entes tradiderũt. Qđ eſt in nauigio gubernator: qđ in ciuitate magi-
ſtratꝰ: qđ in mũdo ſol: hoc inter mortales eſt amor. Nauigiũ ſine gu
bernatore labaſcit. ciuitas ſine magiſtratu periclitatur: mũdus ſine ſo
le tenebricoſus efficitur: & mortalium vita ſine amore vitalis nõ eſt.
Tolle ex hominibꝰ amorẽ: ſolẽ e mũdo ſuſtuliſſe videberis. huc adde

179

ꝙ hic deus a nobis oẽm ruſticitatem amolitur: om̃is elegãtię oĩmq; mũdiciarum pater eſt. Vnde venuſte plautinus ſenex: Amorez deum appellat mundiciantẽ: eũq; nitidis nitoribus ait antecellere. Da mihi hoiem efferum atq; truculentũ: hunc amor e vestigio mollem reddet & manſuetũ. Da rudem & ruſticanũ: ſtatim ab amore fiet ingenioſus & vrbanus. Da incultũ: ab amore cultiſſimus efficiet. Deniq; torpor omnis ſegnities om̃is: ſomnus lethargicus: marcor: ſqualor: incuria ex amoris cõtubernio eliminãtur: in quo ĩduſtria: gnauitas vigilãtia ſolertia. cultus. nitor: cõmorantur. Atqui amoris accuſator quid tantopere inquit hũc deũ laudas & extollis? Qui multos mortalium dementes fecit? Qui multos a ſemita virtutũ in viaz vitiorum decliuẽ ꝓcipitauit? Qui multis exitiũ cõcinnauit? Huic ego tã ſeuero obiurgatori: tãq; aſpero amoris criminatori ita breuiſſime reſpondeo. Nõ eſt iſta amoris culpa: ſed hominũ qui amare neſciuerũt. Sicut em̃ eſt quidam modus in rebus ſunt quidã pręſcripti fines: quos vltra ꝓgredi nephas eſt: ita in amore eſt quædã mediocritas adhibenda. Philoſophorũ ſententia eſt moderatas eſſe virtutes: excedentes modũ atq; menſurã inter vitia reputari. Vnde ab vno de ſeptem ſapientibus dictum eſt ουΔεναταν: quod latine ſignificat ne ꝗd nimis: cui aſtipulatur horatiana illa ſentẽtia. Virtus eſt medium vitiorũ vtrinq; reductum. Hic modus: hæc menſura. hoc temperamentũ quod virtutibus adhibetur: in amore quoq; adhibeatur: & ꝓcul erit om̃is de amore conqueſtio. Nam vt inquit eleganter & vere Plautinus ſeruus. Bonum eſt pauxillũ amare ſane. Inſane nõ bonũ eſt. Quid? Nonne hoc idem præcepit diuini dogmatis doctor apoſtolus ꝑcipiens in nobis ordinatã eſſe debere charitatem? Quę in multis (vt ĩquit Origenes) inordinata conſpicitur. Vocabulo autẽ charitatis amorem in canonicis ſcripturis appellari Hieronymus Auguſtinuſq; notificant. ꝑterea nõ laudes canimus amoris illius vulgaris atq; cõis: qui pecuniis bel-

Eros. luiniſq; libidinibus dñatur: Sed illi⁹ pręcones exiſtimus qui cœleſtis
Heros. eſt. quẽ gæęci Erota appellitãt: a quo exiſtimat Plato in cratyllo he-
Amor roum nomen deriuari. ꝗuis Auguſtinus & Martianus capella ethy-
quid. mon: hoc eſt interpretamentũ nominis heroũ aliũde deducãt. Et cũ

nihil aliud ſit amor ſicuti doctiſſimi philoſophorũ diffinierũt: ꝙ fruendæ pulchritudinis deſideriũ: illũ nos amorẽ laudam⁹ celebramus extollim⁹: ꝙ pulcherrim⁹ eſt: qui ex pulchrorũ deſiderio natus: pulcherrima plura mortalibus cũctis ĩpertit. Nõne artes vt reliqua omittamus ab hoc quaſi quodã fonte fluxerũt? Nõne hic oĩm inuentionũ autor eſt & ꝓpagator? medendi nãq; & diuinandi & ſagittas ab arcu excutiẽdi diſciplinã amore duce inuenit appollo. Texẽdi artificiũ mi

nerua. fabricã ærariã vulcanus. mẽſuras & pondera phedon litteras mercuri⁹. leges ceres. quæ ob hoc a græcis theſmophora id eſt legifera noĩatur. Deniq; oẽs qui (vt inquit Maro) per artes inuentas vitam excoluerunt: amore impulſore atq; autore cõmenti ſunt nouas inuentiones. Nõ eñ talia inueniſſent niſi talia adamaſſent. Omitto qđ per amoris beneficiũ aĩalia cuncta progenerãtur in terris. Nonne ea quæ inanimata dicũtur amare quodãmodo exiſtimãtur. hinc Magnes ferrum trahit. Succinum paleas cęcias nubes. & vt inquit Empedocles Arida terra amat imbres. Et nemo nõ inqt Hieronym⁹ aliquid amat Deniq; amore cõſtant oĩa augeſcũt/floreſcũt/propagãtur. Et vt authorest Ariſtoteles in ethicis id cuiq; voluptati eſt: cui⁹ dicit amator & iucũdiſſimũ eſt re amata potiri. Igit amorẽ colam⁹: amorẽ meritis pconijs extollam⁹: a cui⁹ ſacrario pcul abſcedat pphanũ vulg⁹ hoc eſt hoĩes inuidi atq; maliuoli. Sicut eñ nõ cõuenit mendacio laudare veritatẽ: pauori fortitudinẽ: vitio virtutẽ: ita maliuolo amoris cultura nõ cõuenit. Quin poti⁹ q maliuolus ẽ is colat atq; ſectet deũ amori cõtrariũ. Quẽ priſci Anterota quaſi cõtra erota hoc eſt cõtra amorẽ e regione collocatũ nũcuparũt. Cęterũ cũ ille qui deũ colit: amet & ſacerdotes: nos q amoris cultores eſſe volum⁹: diligam⁹ illi⁹ ſacerdotes q profecto ſunt poetę amaſij atq; elegiographi: quorũ lepidiora poemata nõ ſunt aſpernãda neq; p argumẽto ĩpudicitię ſũt habẽda. & q̃uis vet⁹ verbũ ſit talẽ eſſe hoĩm vitã qualis ſit oĩo tñ poetis ludere verſiculis amatorijs & laſciuire permittit. Nam vt inquit Catulus

*Cęcias ventus*

*Anteros*

Caſtum eſſe decet pium poetam
Ipſum: verſiculos nihil neceſſe eſt.
Qui tum deniq; habent ſalem: & leporem:
Si ſũt molliculi: ac parũ pudici. Qz aũt amatoria ſcripta nullũ pbeãt ſpecimẽ morũ: nullũq; ſint vitę turpis indiciũ teſtat Adrian⁹ imperator: qui voconij poetę tumulũ verſibus exornãs ita ſcripſit. Laſciu⁹ verſu mente pudicus eras: & ab Ouidio decenter & vere dictũ eſt.
Crede mihi mores diſtant a carmine noſtro.
Vita verecunda eſt: muſa iocoſa mihi. Ouidio ſubſcribit feſtiuiſſimus poeta epigrammaticus de ſeipſo ſcribens.
Laſciua eſt nobis pagina: vita proba eſt.
Quid autẽ poetarũ exempla cõmemoro? cũ ſeueriſſimi ſanctiſſimiq; philoſophorũ ludicros amatorioſq; verſiculos cõſcripſerint: q tãto ſanctiores exiſtimãtur quãto apertiores. tanto pudicitius cõpoſiti: quanto ſimplicius promulgati. Deniq; audite vel vnicũ dei philoſophorum Platonis exemplũ. qui verſiculis huiuſmodi amores ſuos non erubuit profiteri latine ita poſſumus interpretari.

*Specimẽ .i. approbationẽ*

180

Suauia dans Aghatoni. animam ipſe in labra tenebam.
Aegra etenim properans. tanq̃ abitura fuit.

Ex his ne queſo verſiculis parum pudicis Platonẽ impudicũ exiſtimabimus: Platoniſq; mores infamabimus? qui tantum abfuit ab impudicitia: quantum verſiculi a pudicitia. Cuius vita tanto probatior fuit quãto muſa laſciuior. ne longũ faciam: ſi ſcripta omnia: quibus amores reſq; amatorię cõtinentur: ſunt cũ ſuis ſcriptoribus repudianda: Repudietur canonicæ ſcripturæ hoc eſt inſtrumenti veteris luculenta illa volumina: quibus nihil ſacratius: nihil religioſius: nihil myſticum magis ęſtimatur. liber Geneſeos abijciatur: quoniã in eo amores Iacob & Rachaelis: Concubitus ſichen cum Dina violentus: ſtuprum Iudę cum nuru Thamar referũtur. Nemo librum numerorũ ſumat in manus. quoniã iſrahelitici populi fornicationes cum filiab⁹ moabitarum in eo perſcribũtur. Caue legas Iudicum volumen. Continet eñ Sanſonis robuſtiſſimi molliſſimos cum puella Dalila complexus. librũ Heſter ne tangito. docebit enim te quemadmodum Aſſuerus rex amorẽ amore ſicuti clauũ clauo trudere conatur: & ad impatientiam amoris leniendã per ſingulas pene noctes nouas puellas deuirginat efficiens ex virginibus mulieres. libros Regum tanq̃ nephandos explodito. quibus Dauidis & Berſabes adulteria: eiuſdem ſeneſcentis cum adoleſcentula Sunamite complexus: Ammonis cũ ſorore Thamar inceſtus infandus: Salomonis cum reginis concubiniſq; innumerabilibus fatuę amationes cõmemorantur. Et vt ſemel finiam: ipſum Canticum canticorũ tanq̃ ſyrencos cantus obturata aure trãſito. Cum meros amores/ meráq; impudicitiã niſi myſtice intelligamus reſonare videat̃. Ideoq; apud Hæbreos obſeruabatur ne quis adoleſcẽtulus libellum illum teneret in manibus. ne quis puer illius lectione oblectaretur. Igitur cũ ſacris voluminib⁹ amatorias res contineri. eaq; nõ magis a prophanis q̃ religioſis hominibus quotidie legi: quotidie in templis nõ clam ſed palam decantari videamus: Tandẽ fateamur licere poemata laſciuientia ſcribi: & ſcripta lectitari citra oẽm criminationẽ. Et nos nemine vt ſperam⁹ improbãte enarrabimus Amaſij poeta propertij amatoriũ venuſtũq; poema. Quo nihil in hoc genere exiſtimo fieri poſſe perfectius: de cuius eruditione excellenti elegãtiſſimoq; ſplendore in pręſentia tacebim⁹: cũ iam receptui canẽdũ ſit: & quia multa ſcitu digna a nobis perſcripta ſunt in noſtris cõmentarijs: quorũ lectio ſtudioſis erit (vt cõfidimus) frugifera: & a nemine non bono ingenuoq; lectore probabũtur. Cũ propertio pariter ꝓgredietur dimidiatus Suetonius: vt lucentiſſimo ſcriptori extremã manũ imponam⁹ ad cuius lectionẽ ne illotis (vt aiũt)

pedibus accedamus more noſtro: Iſagogica quædam hoc eſt intro=
ductoria p̄mittemus. Quę vſu vobis ſit audiuiſſe & voluptati memi=
niſſe. Vos vt faciris libenter audite: atq; animũ aduertite. Dixi.

¶ Philippi Beroaldi oratio habita in enarratiõe Titi Liuij ac Silij
Italici continens hiſtorię laudationem.

Officiũ p̄feſſoris.

Officiũ eſt boni profeſſoris viri pręſtãtiſſimi id velle profiteri
qđ auditorib⁹ vtilitatẽ cũ voluptate maxima allaturũ ſit: qđ
ſcholaſticorum auribus ſatiſfacturum: quod temporibus ſit
futurũ accõmodatũ: hoc ego ſemper oĩ ſtudio ac diligentia ſuperio
ribus annis efficere contendi & impręſentiarum effecturũ me eſſe con
fido. Cum duos celeberrimi nominis ſcriptores ex oĩbus delegerim
quos in hoc auguſtiſſimo gymnaſio p̄fiterer: quorũ lectio & p̄deſſe
& delectare plurimũ poſſit atq; his temporibus ſit futura maxime con
ueniens. Nam cũ omniũ diſciplinarũ cognitio vtilis ac iucunda mor=
talibus ſit hiſtoriæ cognitionem mediuſfidius vtiliſſimã: iucundiſſi=
mamq; eſſe cenſeo: ex quo cũ multũ omnibus ſcriptoribus debeamus
qui non ſolũ ſibi: ſed etiam poſteris vixiſſe credũtur plurimum profe=
cto hiſtoricis debere nos nõ poſſumus inficiari: quorũ labore ac indu
ſtria effectum eſt vt omniũ ætatũ: omniũ gentiũ: omnium populorũ
res geſtæ oĩa pręclara facinora ſciẽter a nobis intelligerent cogno=
ſcerentur. Vt cuncta cunctorũ illuſtriſſimorum virorum dicta: facta ve
memoratu digna contueri ediſcere recordari liceret: qua quidẽ re nihil
pulchrius: nihil iucundi⁹: nihil magnificentius excogitari poſſe con=
tẽderim. Etenim vt a Cicerone ſcriptũ eſt diuinitus: nihil earum rerum
ſcire quæ anteq̄ naſcereris factæ ſint: hoc eſt ſemper eſſe puerum. Co=
gnoſcere vero res geſtas memoriæ veteris. ordinem tenere antiquita
tis: exẽplorumq; omniũ habere notitiã: decorũ laudabile ac prope di
uinum eſt. Senibus ideo maior auctoritas eſt quoniã ob longã ætatẽ
plurimas res noſſe: ac vidiſſe creduntur. At hoc iuuenibus cognitio
hiſtoriarum pręſtat vt etiam pręteritis ſæculis vixiſſe videantur: & il=
li me hercle adoleſcentes qui hiſtorias habeant ad manum & exempla
illuſtrium virorum in prõptu tanto ſenib⁹ ſunt anteponẽdi: quanto
plura negotia complectitur hiſtoria multorum ſæculorum: q̄ faciat
hominis vita longiſſima. Huc adde q̄ qui bonus orator eſſe concu=
piſcit in primis abundare debet exemplorum copia: et noſſe q̄ pluri=
ma. Nam cum ſit hiſtoria teſtis temporum lux veritatis: magiſtra vi=
tæ: nuntia vetuſtatis nihil ambigit quin orator optim⁹ eſſe non poſ=
ſit niſi fuerit antiquitatis: exemplorumq; cognitione inſtructiſſimus
niſi hiſtorias perinde: ac vngues ſuos habuerit exploratiſſimas: quo
niam (vt inquit Quintilianus) hiſtoria alere poteſt orationem molli

Hiſtoriæ vtilitates.

Hiſtoriæ deſcriptõ.

quodam ac iucundo ſucco: Eſt præterea operæpreciũ in volumínib⁹
hiſtoricoꝝ omnis exempli documenta: velut in illuſtri monumento
Ex ꝑfatiõe Titi. Liuij. poſita intueri vnde quæ imitanda ſint depromere: ac nobis ꝓponere
ad imitandũ quæ fugienda fugere poſſimus. Pulchrum eſt (vt inquit
veriſſime Diodorus) ex aliorum erratis in melius inſtituere vitam no
ſtram: & quid appetendum / fugiendumve ſit ex aliorum exẽplis poſ
Demetrii cõſilium ſe cognoſcere. Vnde haud ĩmerito Demetrius phalerus Ptolemæum
regem ſubinde admonebat vt libros lectitaret quoniã quæ amici nõ
audent principibus demõſtrare ea omnia in libris ſcripta reperiuntur
Hoc eſt in cognitione rerũ ſalubre atq; frugiferꝝ ſcire quibus artibus:
qua diſciplina: quibus moribus maxima imperia orta ſint. Maximi
Imperatores nomen ſibi immortale peperint. Et ecõtrario qua vitio
rum labe infecta ampliſſima regna corruerint: & ex ſummo in imum
præcipitauerint. Ad ſummã hiſtoria ad id qđ honeſtum eſt capeſſen
dum inflammat. Deteſtatur vitia probos extollens: improbos depri
Porcius Latro: mens. Hiſtoriæ (vt inquit veriſſime Victruuius) per ſe tenent lectores
cũ habeant nouarum rerum varias expectationes. Vtinã nobis deus
eam ingenij: memoriæq; diuinam vim condonaſſet: qua Porci⁹ latro
declamator egregius fuerat decoratus qui cum omnes hiſtorias vn⁹
omniũ notiſſimas haberet iubebat aliquẽ ducem nominari: & e veſti
gio eius oĩa acta curſim. diligenterq; cõmemorabat. Cęterum cum
omnes hiſtorici ſint legendi / adeũdi / ediſcẽdi / ſcriptores potiſſimum
latini: rerumq; Italicarum / ac maxime romanarum enarratores (ſicut
mihi videtur) ſunt adorandi / colendi / lectitandi / nec vnq̃ e manibus
Gręci mẽdaces in hiſtoria. dimittẽdi: idq; duabus potiſſimum de cauſis faciendum videt̃: quo
niam & rerum noſtratiũ cognitio magis ad nos q̃ externarũ pertinere
exiſtimatur: & qđ hiſtorici latini ſanctiores: verioreſq; græcis ſcripto
ribus fuiſſe credũtur: pugnant enim inter ſe omnes fere græcorũ ſcri
ptores: & alter alterius mẽdacia refellere conatur. Ita Ephorus Hella
nicum: Timeus Ephorum: Philinum polibius Herodotum q̃plurimi
tanq̃ fabulatorem repræhẽdunt. hinc a Satyrico poeta dictum eẽ cre
ditur: quicquid gręcia mendax. Audet in hiſtoria. Diſcrepantiæ autẽ
illorum cauſa hæc potiſſimũ fuiſſe traditur: q͵ nullam vnq̃ curã græ
ciæ populi adhibuerunt vt præclara facinora ſcriberentur: ac publica
rentur: ideoq; magna in ſcriptoribus mentiendi licentia fuit: qui cũ
partim res geſtas ignorarent: partim affectionibus ducerentur nõ hi
ſtoriam conſcripſerunt: ſed mera mendacia. Contra apud Romanos
vt omnia prout geſta fuerunt incorrupta: integra: atq; fideliter cõſcri
pta haberentur: pontifices maximi res oĩes ſingulorum annorũ lit

teris mandebant:efferebantq; in album tabula domui propoſita vt
eſſet populo poteſtas cuncta cognoſcendi:& hi annales maximi no
minabantur. Hanc autem ſimilitudinẽ ſcribendi ſecuti ſunt Piſo Fa
bius piſtor & ille Cato porcius omnium bonarum artium magiſter a Catonis
Plynio nuncupatus:qui ſine vllis ornament is:ſine pigmentorũ co= laus.
loribus/ſine fucato nitore monumenta rerum geſtarũ reliquerunt nu
da/tecta/atq; ſimplicia primã illam in primis obſeruantes hiſtoriæ le Prima in
gem:quæ præcipit ne quid falſi dicatur. Etenim dempta ex hiſtoria hiſtoria
veritate ita narratio omnis inutilis/ac penitus manca efficiť ſicut cor lex.
pus animantis inutile fit oculis effoſſis: vt luculente ſcriptum eſt a Po
lybio. Deinde cum ingenia erudito iam ſæculo indies magis excole
rentur:& facundia vberior/politiorq; proflueret eloquentiſſimi apud
Romanos ad ſcribendam hiſtoriam ſeſe applicauerũt:qui non vt ſu
periores tantũ modo narratores fuere: Sed etiam exornatores/atq; il
luſtratores maximi extiterũt:qui vtpote diuino ingenio præſtantes
viri hiſtoriã affectionibus omnibus caſuum varietate mirabili egreſ
ſionibus iucundis reſperſerunt/& quibuſdam floſculis quaſi pratum
diſtinctam/variatãq; decorarunt. Qui cum omnes ſint excellentiſſi=
mi:cũ omniũ lectio iucundiſſima/ac vtiliſſima futura ſit:cum omnes
haud dubie ſuſpiciendos/ac lectitandos eſſe cenſeam. Titus Liuius Titi Li=
in primis enarratione digniſſimus mihi viſus eſt/& iucunditatis/vtili uij laus.
tatiſq; inter alios refertiſſimus. Cuius lectio omnium ſcholaſticorum
auribus/animiſq; ſatiſfactura ſit. Eſt enim dulcis/candidus/& effuſus/
& eo nullus hiſtoricorum melius cõmendauit mitiores affectus:apud
quem omnia tum rebus/tum perſonis ſunt accommodatiſſima. Qui
in narrando miræ eſt iucunditatis/clariſſimiq; candoris:qui(vt veriſ
ſime dixit Quintilianus) in contionibus ſupra q̃ narrari poteſt eſt
eloquẽtiſſimus:Cuius lactea vbertas lectorem detinet/auocat/paſcit/
omnibuſq; affectionibus validiſſime commouet/& quo vult maxi=
me impellit:cuius diuinæ facundiæ nihil addi poteſt: cuius orationi
ſi quid demas ex elegantia detraxeris quẽadmodum de Platonis ora
tione Phauorinus dicere ſolebat. Idem grandiloquus eſt & ſententia
rum grauitate/& maieſtate verborũ:idẽ copioſiſſimus/ nec tamẽ lon=
gus. Nam(vt inquit egregie Martialis)Non ſunt longa quibus nihil
eſt quod demere poſſis. Non igiť immerito diuus Hieronymus teſta=
tur quoſdam ex vltimis Hiſpaniæ/Galliarumq; finibus viros illu=
ſtres Romam veniſſe/vel ob hoc ſolum vt Titum Liuium lacteo elo
quentiæ fonte manantẽ contuerentur: qui vt Plynius in epiſtolis in
quit)poſtea q̃ hominẽ videre ſtatim in patriam repedarunt. O te feli

cem/o te beatum: Tite Liui: cuius vnius videndi cauſa viri nobiles tot milia paſſuū confecerūt ex penitiſſimis regionibus proficiſcētes. tot mōtes incultos. tot inuia loca ſuperarūt. Illa ꝓfecto illa diuina virtus eſt exiſtimanda quæ in vno hoīe tantū polluit/tantū effulſit vt ad eū viſendū tanq̄ ingens/celebrandūq; miraculū Galli/Hiſpaniq; ſollicitarētur. merito Quintilianus Liuiū inter cæteros ſcriptores legendū eſſe præcipit in ſcholis quoniā ſcilicet candidiſſimus eſt & maximus auctor hiſtoriæ. Merito & nos Liuiū ex omnibus vnum delegiſſe videmur quē publice hoc anno ꝓfiteremur: cuius libri omnes cū lectitādi ſint & in manibus quotidie habendi. Nōne hæc decas liuiana quā dijs bene auſpicantibus ordimur enarrare reliquis decadibus eſt ante ponenda? Nonne hæc in primis volumina a Liuio diuinitus ſcripta fuiſſe cenſendū eſt? Et hęc profecto decas (hoc em̄ nomine Liuiani libri a numero denario nūcupātur) quāto bella quæ cōtinet cæteris bellis maiora fuerūt: tanto reliquas decades antecellit. Laudat Origenē adamantiū Hieronymus qꝫ cum in cæteris voluminibus omnes ſuperauerit in Cātico cāticorū ipſe ſi vicerit. Laudatur a Cicerone Craſſus orator quē cū in agendis cauſis conſenſu oīm cunctos ſemper exuperauerit in extrema actione a ſemetipſo ſuperatū eſſe teſtatur. Praxiteles inter ſtatuarios a Plynio celebraẗ. perinde ac marmoris gloria ſuperauerit etiā ſemet. hoc idem & nos hodierno die de Liuio merito dicere poſſumus. qui cum in cæteris decadibus cæteros antecelluerit in hac ſemetipſum vicit. Et me Hercules vt dicā viri clariſſimi qđ ſentio eodem animo Liuius bella ſcriptitauit quo romani geſſerunt: eodē ingenij fulmine ſtilum exercuit quo romanus populus arma tractauit: eadē vigilantia incubuit chartis: qua Romani milites diſciplinæ militari incubuerūt: & mediuſfidius videẗ populus Romanus vel ob hoc vnū tā memoranda facinora gerere voluiſſe vt illa a tam luculēto ſcriptore deſcriberentur: qui res haud dubie luculentas verbis luculentis æquauit: quē quotiēſcūq; in manus ſumo: nō legere videor bella: ſed tractare. Et (vt inq̄t Hieronymus de Paulo) nō audire verba: ſed tonitrua. In Liuianis voluminibus videre videor imperatores concionabundos/militeſq; ſuos exhortātes ad pręlia alacri animo capeſſenda Senatū de rebus dubijs cōſultantē: hoſtes hinc formidoſos trepidare: Romanos illinc furibūdos inuadere. Deniq; apud Liuiū oīs rei militaris diſciplina cōtinetur: oīa ſtratagemata: omnes calliditates ĩpatoriæ demonſtrātur. Leges ſenatus/populiq; decreta: omnes deniq; artes: quibus domi/ foriſq; viuitur conſpiciuntur. Sed prohdolor quantam iacturam paſſi ſunt omnes litterarum ſtudioſi ex centū & decem voluminibus Liuianis deperditis: qui omnia quę vnq̄ Ro-

Decas.

Origenes.

Craſſus.

Praxiteles.

mani per ſeptingentos annos geſſerũt p̄clara facinora veluti in vnũ redacta corpus noſcere potuiſſent. Quãto diſpendio affectus eſt Romanus po. Cuius tot ac tantarũ rerũ geſtarũ memoria cũ libris Liuij pariter interijt. Quantũ verę famę detrimentũ illuſtriſſimi impatores ſubierunt: quorũ nomina fuiſſent ſempiterna & geſta memorarēt: Si liuiana volumina nõ intercidiſſent: qđ ſi defunctis vllus eſt ſenſus p̄fecto liuianos manes ingemiſcere credendũ eſt tot labores incaſſum ſibi fuiſſe ſuſceptos: tot nequicq̄ vigilatas noctes: tot fruſtra conſcripta volumina. quę ſi extarent omnia: nihil p̄terea nobis foret deſiderandũ. haberemus in quo ocium/in quo tẽpus bene collocare poſſemus: & tamen nobis vtpote ſomniculoſis vix ætas ſuppeteret ad legendum: quæ illi diuina quadã benignitate prædito ſuppeditauit ad ſcribendũ: qui etiã Dialogos (vt inquit Seneca) philoſophoꝝ more conſcripſit: ſed querelæ ab exordio noſtro enarrationis p̄cul abſint: nihil nec nobis/nec ipſi Liuio profuturæ. Cęterũ cum ſapiẽtis ſit ſeruire tẽporibus: nos quoqꝫ tẽporibus/ his ſeruiamus: quib⁹ cum arma vigeant: bella horrida perſtrepant: Cũ omnis Italia bellicis tumultibus ſęuiat: claſſica perſonent: Cũ Mauors telum ſuũ quatiat: bellona dominetur: idoneũ eſſe videtur vt ſcriptores eos potiſſimũ legamus qui bella deſcribunt: hęc ergo ſit noſtra militia. alij bella gerent: nos legemus: alij ſub Dio in campis patentib⁹ intuti pugnabũt: nos pugnas confectas in vmbra/in ſcholis tuti recenſebimus. hinc aures noſtras Liuius perſonabit: inde Sylius. Ambo eadẽ bella facundiſſime narrantes ille ſoluta oratione: hic verſu heroico: qui nõ minus hyſtoricus q̄ poeta iudicãdus eſt: Qui ſtilo Cothurnato & charactere grandiloquo tonare ac fulminare videtur: qui bella nõ ſcribere ſed bellare Cui optime conuenit illud Horatianũ: Audire magnos iã videor duces. Nõ indecoro puluere ſordidos. Ardẽs eſt: cõcitat⁹: erectus: idem candidus: copioſus: atqꝫ ſublimis: multũ habet neruorũ: plurimũ lacertorũ: totus bellicis rebus accõmodatus: qui nõ minus eruditionis afferre poſſit: q̄ iucũditatis: mira eſt in Sylio rerũ reconditarũ copia varia ac multiplex locorũ & maxime Italicarũ vrbiũ deſcriptio: multa hyſtoriarũ cognitio. Et cum Virgilium illa felicitas ingenij ſoluta oratione reliquerit: Cũ Ciceronẽ facũdia illa genuina in carminibus deſtituerit: Sylio contigit id qđ pauciſſimis dij dederũt vt idem eſſet & maximus poeta: & ſummus orator: qui vtrũqꝫ & Maronis & Ciceronis opus fœliciſſime impleuerit: qđ epigrãmaticus poeta elegãtiſſime demonſtrat his verſibus cum de Sylio loqueretur.

Sacra cothurnati non attigit ante Maronis:
Impleuit magni q̄ Ciceronis opus.



183

Idem:alibi Sylium muſarum decus appellat: Sed quid plura? Liuij & Silij facūdia:vires:ingeniū:eruditio:cęterę͡qꝫ virtutes eximię ſeſe no nobis quotidiana enarratione exhibebūt:ſeſe offerēt:oſtentabūt clarius ſole fulgentes. Ego vero omni diligētia:ſtudio:vigilantia elaborabo:enitar atqꝫ contendā:ita ſingulos nodos enodare:ita implicita explicare:vt queādmodū vos mihi ornamēto maximo futuri eſtis: ita ego vobis ſim nō minimo emolumento. hoc mihi in aīo eſt velle prodeſſe:vobis ſit velle proficere. Dij faxint vt vtriqꝫ vtrūqꝫ propoſitum implere poſſimus.

Philippi Beroaldi Oratio habita in enerratione epiſtolarum Ciceronis & Lucani continens laudem poetices.

Maximum deorum munus eſt viri circūſpectiſſimi: & quo nullum maius excogitari poteſt eloquentia : qua vna vel maxime ſeparauit hominem a cæteris mutis animātibus deus ille parens & mundi fabricator:quæ quia ſermone carent irrationabilia merito vocantur. Eloquentia homines palabundos in agris atqꝫ diſperſos congregauit in populum:& ex feris atqꝫ immanibus mites reddidit & manſuetos. Eloquētia multę vrbes conſtitutę ſunt: plurima bella reſtincta: Firmiſſimæ ſocietates: ſanctiſſimæ amicitiæ cōparatę. Eloquentia mortales immortales efficiuntur. Merito itaqꝫ flexanima & omnium regina rerum oratio a doctiſſimis nuncupatur Cuius tanta eſt dignitas:tanta potentia:tanta maieſtas: vt duce eloquentia dijs ſimillimi eſſe videamur. Et homines eloquentes:qui oratores nominantur tantum reliquis hominibus præſtare creduntur: quantū homines beſtijs antecellunt. Nihil Mediusfidius eloquentia diuinius reperiri poteſt:nihil cōſummato oratore præſtantius. Cæterum cum eloquētię partes omnes ſacræ ſint ac venerabiles:cæteriſqꝫ aliarum artium ſtudijs anteponendæ. Poetica in primis ſacratiſſima eſt:quā antiqui primariā quandam philoſophiam eſſe tradiderunt: Quæ ab ineunte nos ætate viuendi formulam doceret: quæ mores: quæ affectiones oſtenderet:quæ res gerendas cum iucunditate præciperet. Vnde non minus vere ꝗ luculenter dixit Horatius. Os pueri tenerum balbumqꝫ poeta figurat. Mox etiam pectus pręceptis format amicis: Inſtruit exemplis:inopem ſolatur & ægrum. Quāobrem ciuitates græcorū erudiſſimæ liberos in poetica in primis erudiebant:ſolum poetam ſapientem eſſe dictitantes. Et vt diuus Auguſtinus ſcriptum reliquit poetæ theologi nuncupati fuerūt. Cum de dijs immortalibus diuinitus multa conſcriberent. Quales Orpheus. muſeus. linus fuiſſe tradūtur:Enimuero artis poeticę ſtudia (vt Cicero facundiſ-

Palabundos.i. errabūdos

Cicero in prologo rhe. ve.

Poetica

ſime ſcribit) adoleſcētiam agunt: ſenectutem oblectant: ſecundas res ornant: aduerſis perfugium ac ſolatium prębent: delectant domi: nō impediunt foris: pernoctant nobiſcum: peregrinantur/ ruſticantur. Huc adde ꝙ poeticus decor exercetur ab oratore vt teſtis eſt Cornelius: ꝙ oratori lectionem poetarum plurimū conferre Theophraſtus affirmat: apud quos in rebus ſpiritus. in verbis ſublimitas. in affectibus motus om̄is: & in perſonis decor exprimit̄: ideoq; in hac lectione. M. Tullius putat eſſe quieſcendū: exiſtimatq; omnem loquēdi elegantiam expoliri/ augeriq; poetis lectitandis. Eſt enim finitimus oratori poeta: ſuntq; inter ſe cognatione quadam copulati. Cęterū cū cęterarum rerum ſtudia præceptis cōſtent atq; doctrina Poetę ſoli ipſa natura valent/ & mentis viribus excitantur: & quaſi diuino quodam ſpiritu inflāmantur: vnde Plato diuinitus ſcripſit libro tertio de legibus poetarū genus eſſe diuinum: & idem tradit in phedro: Vates furore diuino concitatos multa commoda gręcis hominibus attuliſſe: ab eodem perꝗ eleganter dictum eſt in libello de furore poetico: poetas; diuino inſtinctu concitatos eundem furorem interpretibus quos rapſodos appellat infundere: imitariq; magnetis lapidis naturam: qui non ſolum ferreos annulos trahit: ſed eandem trahēdi vim ipſis annulis latenter inſinuat: Origenes quoq; ille magiſter eccleſiæ in libris: quibus titulus eſt Periarchum virtutem quandam eſſe docet ſpiritalem: quę poeticam inſpiret: cuius inſpiratione poetæ repleantur. Platoni/ Origeniq; aſtipulatur Ouidius ſic ſcribens. Eſt deus in nobis: agitante caleſcimus illo: Et alibi. Eſt deus in nobis: ſunt & cōmertia cœli: Sedibus ętherēis ſpiritus ille venit. Quapropter haud īmerito poetas antiqui ſacros nominarunt. Vnde ab eodem ſcriptum eſt. At ſacri vates & diuum cura vocamur.

Et Calpurnius in bucolicis inqnit. Ille fuit vates ſacer: Et Lucanus noſter ſcriptum reliquit. O ſacer & magnus vatū labor. Aenniꝰ vero ſanctos poetas appellat: ꝙ quaſi deorum aliquo dono & munere præditi eſſe videantur. Hinc eſt ꝙ poetę antiquitꝰ in maxima veneratiōe māximoq; ꝓcio habebātur ꝙ a principibus fouebant̄: ꝙ a regibꝰ ditabantur: ꝙ ab omnibus certatim amabātur. Vnde nō minus vere: ꝗ diſcrete cecinit naſo: Cura Ducum fuerant olim Regūq; poetæ. Pręmiaq; antiꝗ magna tulere chori. Sanctaq; maieſtas: & erat venerabile nomen. Vatibus & largę ſępe dabātur opes. Charus fuit Scipioni Aphricano Aenniꝰ: Charꝰ Archias; mario atq; lucullis. Cherilum poetā ꝗuis ignobilē in delitijs habuit Alexāder. Vergiliū fouit Auguſtus: cuiꝰ verſiculos cū in theatro: po. Ro. audiſſet ſurrexit vniuerſus & pręſentem ſpectantemq; Vergilium tanꝗ Auguſtum veneratus eſt.

Horatium mecœnas adamauit: Tybullum meſſala dilexit. Papiniū
Domitianus auro palladio coronauit. Auſonium Gratian⁹ cōſulatu
decorauit. Neq; ſolum viuentes poetę qui honorificentius vates dici
exiſtimant: ſed etiam defuncti venerabiles extiterunt: Siquidem Ale
xander magnus: cum inter ſpolia Darij perſarum regis Scriniolū ce-
piſſet auro/gemmiſq;: ac margaritis precioſum in eo libros homeri-
cos repoſuit: vt precioſiſſimū humani ingenij opus opere ditiſſimo
ſeruaretur. Idem Homerū adeo diligebat: vt eius Iliada. qđ diuinum
poema ediderat: qđ viaticum rei militaris appellabat noctu ſub pule-
uino vna cū pugione ſubijceret: & ita cum Homero potarū principe
vigilabat: cū Homero dormiebat: idem Pīdari inter Lyricos poetas
prętantiſſimi familię ac penatibus parci iuſſit. cū Thebas euerteret.
Alter vero Alexander qui romano pręfuit imperio Vergilium adeo
admirabat vt eū platonem poetarū vocitaret eiuſq; imaginem in La
rario cōſecraret. Quinetiam Elius verus Romanus īperator Martia-
lem epigrāmaticum poetā ſuum Vergilium nūcupabat. Huc adde q;
etiam dij amatores vltoreſq; extitere poetarū. Siquidē Apollinis ora
culum (vt inquit Euſebius pāphilus) Euripidem laudibus in cœlum
tulit: & Archiam tanq̄ ſceleſtum ac pphanum iuſſit exire de templo q;
Archilochum poetā interemiſſet. Sophoclen quoq; tragici cothurni
principem liber pater tāq̄ delitias ſuas ſepeliri iuſſit. Præterea poetæ
quadam ſuauiloquētia adeo ſunt dulces: vt non legantur modo: ſed
etiā ediſcantur: quorū authoritas tanta eſt: vt illorū dicta pro certiſſi-
mis teſtimonijs habeātur. Nam & Plato & Ariſtoteles principes phi
loſophorum Homeri aliorūq; poetarū carminibus ſua dicta perſæpe
corroborant. Quinetiam iuriſcōſulti illi ſanctiſſimi in libris Digeſto
rum frequenter allegant poeticos verſus: & maxime ſcribentes de cō
trahenda emptione: & venditiōe: & in titulo de gradibus: & de verbo
rum ſignificatione: & ad legem aquiliā: & de rerū diuiſione: ſexcētiſq;
in locis citant teſtimonia poetarum. In Decretis quoq; Vergilianum
carmen ex georgicis: & Horatij verſus ex epiſtolis afferuntur. Quid
nōne eccleſiaſtici ſcriptores & in primis Auguſtinus Hieronym⁹ atq;
Lactantius Tria chriſtiani dogmatis lumina clariſſima ſcatent autho
ritatibus poetarū? Quid maius loquor? Nōne apoſtolus Paulus vas
electionis tuba euangelij & ſanctarum ſcriptuarum armariū poetas
ſtudioſe lectitaſſe videtur? Qui ad Titum ſcribens verſiculū vſurpat
Epimenidis poetę. Cretes ſemper mendaces malę beſtię vētres pigri.
In alia quoq; epiſtola Menādri carmen allegat: corrūpūt bonos mo
res/confabulationes peſſimæ. Et apud Athenienſes in Areopago.
hoc eſt Martis curia diſputans: Aratum poetam teſtē citat. Præterea

vt in Decretis ſcriptū eſt. dn̄s p̄cepit iſraheliticis: vt ęgyptios argento ſpoliarent Tropologice intelligens vt argentū.i.eloquentiā apud poetas inuentam colligerent atq; poſſiderent. Dauid quoq; ille pſalmographus pſalteriū numeris poeticis cōcinnauit. Q d̄ (vt inq̄t Hieronymus) in morem Horatij flacci & Pindari nunc iambo currit: nūc alchaico perſonat: nūc ſaphico tumet: nūc ſemipede īgredit̄. Deniq; Eſaię & Iob: & Salamonis luculenta volumina: hexametris & pentametris verſibus: vt Ioſephus & Origenes ſcribunt apud hebræos cōpoſita decurrūt. Quinetiam vt Caſſiodorus teſtatur: omnis poetica elocutio a diuinis ſcripturis ſumpſit exordiū: adeo muſica venuſtas Lepoſq; poeticus exiſtimat⁹ eſt omni eſſe ſuauitate refertiſſim⁹: adeo carmina moduliq; generoſi placuerūt vt deos exiſtimarent eſſe placabiliores: ſi eos verſibus adorarēt: vt carminibus precarētur. Vnde ab Horatio dictum eſt luculenter.

Carmine dij ſuperi placantur carmine manes:

Et non minus vere q̄ facunde cecinit Lucretius.

Calliope requies hominū diuumq; voluptas.

Sit igitur apud vos viri præſtantiſſimi ſanctum ac venerabile nomē poetarū: qui principibus chari ſunt: qui fouent̄ a bonis: quorū carmina ediſcūtur a litteratis: quorū verſus terſiſſimi aures deorū mulcent eoſq; exorabiles mortalibus faciunt: qui quibuſdā figmentis adumbrati multa ſaluberrima præcipiunt: ſententias e penitiſſima philoſophia deprōptas diſſimulāter interſerūt: mentes noſtras optimis præceptis frequenter inſtituūt & vt author eſt Manlius. Omne genus rerum docti cecinere poetæ. Idem linguam ornant: facundiā augent: & ſupellectilem verborū faciunt copioſiſſimā. Deniq; ſolis pene poetis datum eſt: vt ad laudandū & vituperādū pariter ſint accōmodati & quēadmodū immortali laude donantur illi: quos carminib⁹ extollunt: ita ſempiterna illi pulſant̄ infamia: quos maledicis verſibus inſectantur. merito nos monet Socrates platonicus vt diligēter caueamus: ne poeticū hoīem quēpiā nobis infenſū habeamus. Et pricipes quos carminib⁹ celebrāt īmortales efficiuntur: q d̄ elegāter expreſſit Horati⁹ illo verſiculo. Dignū laude virū: muſa vetat mori: Celo muſa beat Si aliq̄n laſciuire: & obſcœna ſcribere: & ludicra atq; amatoria decātare/& impudica ꝓmere vident̄: nō ꝓpterea ſunt poetę repudiandi: cū neq; ſcriptoꝝ mores ex verſibus iudicādi: neq; lepidiora carmina ꝑ argumēto īpudicitię ſint habenda: licet laſciuire criminib⁹ citra impudicitiā: licet iocari verſiculis citra obſcœnitatē morum: licet lingua & calamo ludere pudenda: aīo & corpore exercere ꝓbanda: nemo poetas explodendos eſſe cenſeat: ꝓpter verſus melliculos: & amatoꝝ

rios:imo quilibet exiſtimet poetas eſſe amandos/ fouendos/ ſectitan
dos ꝓpter ſingularē eruditionē:rerū́q; doctrinā copioſiſſimā: quæ cū
in oibus magna cōſpiciatur/in Lucano maxima redundat. Namq; in
geographia hoc eſt locorū deſcriptione eſt eminentiſſimus:in aſtrolo
gia eruditiſſimus:in hiſtoriarū enarratione facūdiſſimus: in orationi=
bus eloquentiſſimus:in ſtilo heroico ſublatiſſimus:in rebus deſcriben
dis cōpoſitiſſimus:idē ardens eſt & cōcitatus: & ſentētijs clariſſimꝰ: &
vt inqt Quintilianꝰ oratoribꝰ magis q̄ poetis imitādus. Qui qm̄ ma=
gis ſcribit hiſtoriā q̄ figmenta componat:a nōnullis & maxime a Ser
uio ex familia poetarū exterminatur:ex quo & ipſe apud Martialē illu
dens ait. Sunt quidā qui me dicūt non eſſe poetā:ſed qui me vendit bi
bliopola putat. At qui diuus Hieronymns nō ſolū poetā eū appellat:
ſed etiā ardentē eſſe dicit. Papinius in ſyluis oibus poetis Lucanū nō
veretur anteponere vnico excepto Virgilio:in cuiꝰ comparationē ita
ſcribit. Quid maius loquor ipſa te latinis Aeneis venerabitur canentē
Et alibi metaphoricos inquit. Bethym Mantua prouocare noli: hoc
idem ſenſit Martialis inquiēs. Phœbe veni:ſed quantus eras cū bella
canenti: Ipſe dares latiæ plectra ſecunda lyræ. Enarrabimus itaq; dijs
bene auſpicātibus poema Lucani poetæ Cordubenſis: Terſum erudi
tum:luculentū. Cuius lectio multū ꝓderit: nec minus delectabit: qđ ſi
Ciceroni olim legere cōtigiſſet:nunq̄ profecto ſcripſiſſet. Cordubēſes
poetas pingue quiddā ſomniare:atq; peregrinū: ego in primis elabo=
rabo enodare nodos q̄plurimos : quos vel pauciſſimi explicare po=
tuerunt. Lectioni Lucani cōiuncta erit lectio epiſtolarum Ciceronis:&
ita cū poeta illuſtriſſimo copulabit̄ orator inclytiſſimus:de quo meliꝰ
eſt tacere ſicut de carthagine ſcribit hiſtoricus q̄ pauca dicere: de quo
cū proximis annis multa dixerimus in pręſentiarū hoc ſolū dixiſſe cō
tenti erimus. Qꝛ character Ciceronis epiſtolicus ad elocutionē in ado
leſcentioribꝰ ſcholaſticis formandā ad facilitatē extemporalē compa
randā eſt maxime conducibilis:cū leniter fluat:& ipſa epiſtolarum dia
lectos habeat quandā quaſi genuinā iucunditatē in quibꝰ vincula qui
dem ſunt:ſed laxiora neq; tā numeroſa q̄ in orationibus:& cū epiſto=
læ quotidianis verbis texendæ ſint:Cū nihil accercitū habere debeant
vt inquit Seneca.nihil affectatum Ciceroniana in epiſtolis elocutio fa
cilis eſt & illaborata/& ex quodā veluti promptuario copioſiſſimo de
prompta:q̄ cū imitanda ſit & maxime imitabilis. Nemo non ſperat ſe
epiſtolarē Ciceronis eloquentiā effingere atq; emulari poſſe:verum vt
inquit Horatius. Sudet multū fruſtraq; laboret auſus idem. Cæterum
cū Liuius in epiſtola ad filium ſcripta legendū in primis eſſe Ciceronē
præſcribat:Opinor me facturū operæprecium ſi Ciceronis epoſtolas

publico auditorio hoc anno ꝓfitebor. ex quarũ enarratione nõ parũ ſtudioſi eloquẽtiæ iuuabũtur:ipſe equidem quod ad me attinet omni ſtudio vigilãtiaq; cõtendam vt oĩbus ſatiſfaciã:vt neminem ad noſtras lectiones audiendas veniſſe pœniteat : pręterea q̃dã ſcitu digna annotabimus:quæ ad epiſtolas cõponendas pertinere videbũtur vt ſcholaſtici nõ ſolũ ex viua(vt aiunt)voce:ſed etiã ex ſcriptis litterulas noſtras quãtulæcũq; ſũt cognoſcere poſſint. Sed iam tẽpus ẽ ad ea nos tranſire:quæ nationi ipſi ſint accõmodata. Quæ dũ breuiter expono:queſo vt feciſtis adhuc diligẽter attendite:mihi oneroſum non eſt dicere:vobis moleſtun non ſit audire. Dixi.

Philippi Beroaldi oratio habita in enarratione rhetoricorũ:continens laudationem eloquẽtiæ atq; Ciceronis.

SAepenumero admirari ſoleo Viri circũſpectiſſimi:ꝙ cum ex animo cõſtemus & corpore:animũ:qui diuinus eſt pauciſſimi colant: corpus qđ fluxũ eſt & caducum q̃plurimi Homines me hercle præpoſteri atq; peruerſi : qui id quod deterius eſt pluris faciunt:eo ꝙ precioſius eſt:qui bona corporis bonis animi anteponere non verentur:qui in voluptatibus belluinis ſummũ bonũ collocandum eſſe cenſent. Atqui quanto rectius:quanto laudabilius eſt ita inſtituere vitam noſtram: vt corpus animo ancilletur vt bona animi prima & in primis capeſſenda eſſe exiſtimemus vt corpus cauſa animi:nõ animũ cauſa corporis ab omnipotentiſſimo ac vltramũdano deo fabricatum eſſe credamus:vt deniq; hominem interiorem:hoc eſt animũ:qui verus homo eſt.colamus ac honoremꝰ hoc in primis iubet Plato ille philoſophorum deus: hoc Platonicꝰ Apuleius factitandum eſſe demonſtrat: hoc efficere debet: quiſquis de ſeipſo bene ſentit. Cultura vero animi eſt:peioribus repudiatis meliora ſectari:et id quod optimũ eſt potiſſimum capeſſere. Cultura animi eſt ingenuas diſciplinas amplexari:cultura animi eſt ipſa eloquẽtia:quæ vna ẽ de ſummis virtutibus: quæ ſacra ac venerabilis: quæ rerum publicarum gubernatrix præclara eſſe fertur. Quã.M.Tullius primam artem appellat:quam Cor. Tacitus autumat cęteris aliarum artium ſtudiis eſſe anteponendam:in qua præſidium ſimul & telum eſt:Quo propugnare pariter & inceſſere poſſimus: Quæ flexanima: Quæ omnium regina rerum a luculentis ſcriptoribus nuncupatur: Qua qui præditus eſt inter homines(vt ita dicam)deus putatur:qua deniq; efficitur:vt reliquis hominibus tanto præſtemus:quanto homines beſtiis antecellunt. Eloquentiam ergo viri pręſtantiſſimi totis viribus capeſſere:eloquentiæ dies ac noctes impendere:eloquẽtię iugiter inuigilare debemus:hoc ſit ociũ noſtrũ:hoc negociũ:in hoc

labor:in hoc quies reponat̃:& vt Horatianos verſus vſurpem. Hoc opus:hoc ſtudium parui ꝓperemus & ampli Si patriæ volumꝰ ſi nobis viuere chari: In cubiculũ autẽ eloquentiæ introducet nos ille qui claues habet. M. T. Ci. Qui eloquentiæ clauiger:imo alumnus:imo partus dici meret̃:hic nobis cũctas eloquentiæ diuitias reſerabit. cũcta periſtromata explicabit:om̃es ornatus oſtẽdet. hoc duce:hoc deprecatore nobis vtendũ eſt:ſi inſinuare nos in amiciciã cũ eloquẽtia concupiſcimus. Hic enĩ ille eſt qui eloquentiã ipſam locupletauit: q ad ornamentũ patrii ſermonis complura vocabula excogitauit:qualia ſunt: beatitas(beatitudo/ſyllabatim:& ꝓ orizonte finiẽdus multaqꝫ alia id genus:quę primus Cicero cõmẽtus eſſe fertur:ideoqꝫ incertum eſt:vtrũ ipſe plus eloquentiæ debeat:an ipſi eloquẽtia:quẽ eloquentiæ archetypon & ſimulachrũ nuncupare meriro poſſumꝰ :qui apud poſteros id eſt cõſecutus:vt Cicero iam nõ hominis nomẽ ſed eloquẽtiæ habeatur:de cuiꝰ laudibꝰ ſicut inquit Saluſtius de carthagine. Melius eſſet tacere q̃ pauca dicere & nos anno ꝓximo non pauca cõmemorauimus. Sed qm̃ vt autumat Plato. Nõ nocet bis dicere quod bene dicit̃. vt ait Seneca. Nũq̃ nimis dicit̃ qđ nunq̃ ſatis. Repetamus in pręſentiaꝝ nõnulla de Cicerone:quę neqꝫ vos audiuiſſe? neqꝫ nos dixiſſe pœniteat. M. Antonius orator. cui vel primas eloquẽtiæ partes maiores noſtri tribuerunt dicere ſolebat:multos ſeviſſe diſertos:eloquẽtem oĩno neminem:eloquentię videlicet formã quã animo cernebat:re ipſa videre non poterat. Vtinã hic Antoniꝰ Ciceronẽ in foro romano cauſas actitãtẽ:vel ſemel audiuiſſet profecto dixiſſet hũc eſſe illũ:quem q̃rebat:quẽ nuſq̃ videre poterat :eũqꝫ nõ ſolũ eloquẽtem:ſed eloquẽtiſſimũ: ſed eloquẽtię ipſiꝰ imaginem eſſe aſſeruiſſet:& merito. Nã vt facũdiſſime Quintilianus tradit. Cicero vnus dono quodã ꝓuidẽtiæ genitus videtur : in quo totas vires ſuas eloquẽtia experiret̃. qui effinxit vim Demoſthenis. copiã Platonis:iucunditatẽ Iſocratis:in quo om̃s orãdi virtutes cõgeſtæ fuerunt:q̃ in aliĳs oratoribꝰ ſingulę cõſpiciunt̃. Laudamus in Cęſare calorem:in Seneca copiã:in Quintiliano diligẽtiã:in Plinio nitorem. Laudauerũt priſci in Graccho ĩperiũ:in Lęlio lenitatẽ. in Catõe grauitatẽ. in Caluo ſanctitatẽ:in Hortẽſio partitionẽ:at. M. T. in om̃ibꝰ his quę in ſingulis ſingula laudãtur eſt eminentiſſimus :a quo om̃is dicendi copia:velut a copioſſimo fonte procurrit:a quo ſicut de Homero cecinit Mãniliꝰ:Oĩs poſteritas latices in pocula duxit de quo id dici merito poteſt verbis paulũ immutatis:quod de Epicuro dixit Lucretius. Hic genꝰ humanũ eloquio ſuperauit: & omnes Reſtinxit ſtellas exortus vt ętheræus ſol. Et cum ab aliĳs ſcriptoribus rerũ :ab

Cicerõis laus.

alijs verborum doctrina quæratur. Cicero doctrinam/facundiamq;
abunde ſuppeditat. Et cum tria ſint genera dicendi: quos greci cha
ractcras appellant. Cum ſint grandiloqui qui ſentẽtiarum grauitate
& maieſtate prepollẽt: cum ſint graciles in quib⁹ ſubtilitas ac venu-
ſtas eſt: cum ſint intermedij qui in cõfinio vtrorũq; temperati florẽt:
in his omnibus Cicero abſolutiſſimus/cõſummatiſſimuſq; cõſpicit
Laudat Homerus in Vlyſſe orationem quã niuibus hibernis ſimilli-
mam illo verſu eſſe pronunciat. Inſtar erãt imbris fluitãtia verba ni
ualis. Talis in Cicerone haud dubie eſſe cognoſcitur. videlicet ple
na/larga/magnifica/excelſa/breuiterq; cœleſtis. Pericles ab Ariſto-
phane poeta comico dictus eſt: fulgurare: tonare: cũcta oratione per
turbare atq; ingemineſcere. Hoc idẽ de Marco Tullio dicere poſſum⁹
cuius ſentẽtię fulmina: verba tonitrua mihi videntur. Et ſicut apoſto
lus Paulus tuba euangelij a diuo Hieronymo nũcupatur: ita ipſe tu
ba eloquedtię nuncupari poteſt: in cuius labris illã perſuadendi deã
ſeſſitauiſſe credimus: quæ a græcis Pitho. a latinis Suada/ſiue Sua-
dela nominatur: quã in ore periclis apud grecos: in ore cethegi apd
Romanos ſediſſe ſcriptores idonei tradiderũt. Merito igitur rex ora
torum & latinę linguæ illuſtrator dictus eſt. Merito arcem eloquen-
tiæ tenere & in iudiciis regnare exiſtimatus. Merito ob eius os Graij
ora obuertebant ſua. Ex cuius libris deprẽdere licet: vt Cornelius ta
citus auctor eſt. nullius ingenuę diſciplinę ſciẽtiam ei defuiſſe. ille nõ
ſolum grãmaticę: & poeticæ. & rhetoricæ artis crateras ebibit: ſed
etiam auidiſſime hauſit crateram dialecticę auſteram: muſicę dulcez
geometricę limpidam. & vniuerſę philoſophię nectareã: quã quidez
philoſophiam: cum Romę prius peregrinaretur: & vt vtar vocabu
lo Plautino tantũmodo atticiſſaret: prim⁹ fere Romana ciuitate do
nauit: & latina lingua opulentam ac pollentem fecit. nãq; verbis plu
ribus grecanicis verba latina accomodauit. Quę enim philoſophi Gręca latine dicta
gręce dicunt Catorhomata: Cicero latine Recte facta nominauit: q̃
illi Catalepſis hic compreſſiones: qđ illi Axioma hic pronũciatum
quæ illi fantaſias hic viſa nuncupauit: & ſexcenta alia id genus pri-
mus effinxit: idem vt nihil intactum relinqueret iuri operã dedit &
de legibus volumina concinnauit. In oĩbus vero quę ſcripſit tan
ta authoritas ineſt vt pro ratione dicta ipſius habeantur: vt iuriſcon
ſulti pluribus in locis teſtimonio Ciceronis vtantur. Namq; in libro
de verbo. ſignif. definitio littoris ex eius ſentẽtia cõprobatur. & Di-
geſtis & origine iuris fit mentio orationis quę pro ligario ſcripta eſt.
& in titulo de pœnis exemplũ orationis pro cluentio habite mutuant
Igit cũ tam varijs/tãq; multiiugis diſciplinis eſſet refertiſſim⁹ fact⁹

cõſummatus orator:& vt dicam qđ ſentio incompatabilis. & qđ de Varrone dixit Terentianus vir doctiſſimus vndecūq; Varro : id nos de.M.T.C.dicamus.Vir doctiſſimus vndecūq; Marcus q mihi hac peculiari laudatione laudādus videtur vt tribus hiſce noībus cognominetur quæ illi optime quadrāt :videlicet Polyhiſtor:Philoſophotatos.Poligraphotatos.i.multiſcius philoſophię ſcientiſſimus :& rerum plurimarū ſcriptor luculentiſſim⁹:hic eni eſt ille quē ob eximias excellēteſq; virtutes omnes in cœlū laudibus certatim ferunt:de quo præconia poetarū vulgatiſſima celebrātur:de quo ita cecinit catull⁹. Diſertiſſime romuli nepotū quot ſūt quotq; fuere Marce Tullii quotq; poſt aliis erūt in annis. De quo ita Lucanus. Romani maxim⁹ auctor Tullius eloquii. De quo Silius Furialia bella. Fulmine compeſcet linguæ :nec deinde relinquet Par decus eloquio cui q̄ ſperate nepotum. De quo epigrammaticus poeta Martialis. Illud laurigeros ageres cum lęta triumphos. Hoc tibi Roma caput cū loquereris erat Qui ita laudat̄ a Manilio. Et cenſu Tullius oris emeritus cœlū. Quē cū græce declamantē Apollonius rhetor audiuiſſet mirabūdus pauliſper obticuit:moxq; in hæc verba ꝓrupit.te nempe Cicero laudo & admiror:ſed græcorū fortunę me miſeret. Cū video eloquētiam quę virtutū ſola nobis græcis relicta erat per te Romā trāſmigrare : extat luculentū epigrāma .dignūq; vbiq; legi qđ Tullius laurea Ciceronis libertus in laudē patroni concinnauit cū aquas Ciceronianas oculis medētes:his verſibus celebraret. Quo tua romanæ vindex clariſſime linguæ: Silua loco melius ſurgere iuſſa viret. Atq; Academiæ celebratā noīe villam. Nunc reparat cultu ſub potiore vetus. Hic etiam apparent lymphæ non ante repertę: Languida quę infuſo lumina rore leuant. Nimirū locus ipſe ſui Ciceronis honori Hoc dedit:hac fontes cum patefecit ope : Vt q̄m totū legitur ſine fine ꝑ orbē. Sint plures oculis quæ medeantur aquę. Quid multa? Nōne & Plini⁹ Ciceronem extra oēm ingenii aleam collocat:& doctrinarū lucē appellat qui in.vii.natu.hiſto.de laudibus Ciceronis luculētiſſimū ſcripſit elogium. Et ab oībus Ciceronianę virtutis amatorib⁹ ediſcendū : quod hoc eſt. Sed quo te Marce Tullii piaculo taceā:quove maxime excellentē inſigni prędicē? te dicente legē Agrariā:hoc eſt alimenta ſua abdicarūt tribus. Te ſuadente roſcio theatralis ſeditionis authori leges ignouerūt:notataſq; ſe ſedes ignominię diſcrimine ęquo animo tulerūt:te orante ꝓſcriptorū liberos honores petere puduit. Tuū Catilina fugit ingeniū:tu Marcū anthoniū ꝓſcripſiſti. Salue primus oīm pater patrię appellate:primus in toga triumphū: lingnęq; laureū merite ;& facūdię litterarū latinarū parens:atq; vt dictator Cęſar hoſtis

quondam tuus de te ſcripſit: omniũ triumphorum laudem adepte ma
iorem: quãto plus eſt ingenij Romani terminos in tantũ promouiſſe
q̃ imperij. Hæc obiter dicta ſint de viro nunq̃ ſatis laudato: cuius li=
bros omnis diuinitus ſcriptos. Vtinam tam ſtudioſe legeremus: q̃ ſtu
dioſe diuus Hieronymus lectitauit: qui ob id ipſum Ciceronian⁹ ante
dei tribunal meruit appellari. Sicut in libello ad Euſtochium ipſe me=
minit. & Rufinus affirmat. Cuius rei etiam mentio fit in decretis diſt.
xxxvij. Nos vero ex immenſa Ciceronianæ bibliothecæ ſilua Retho
ricos ad Herennium potiſſimum excerpſimus: quos publico audito=
rio hoc anno profiteremur: in quibus præcepta docendi oratorias ar=
tes plurima & pene omnia adamuſſim perſcribũtur: quos libros qui
dam non Ciceronis: ſed alterius oratoris & potiſſimum cornificij eſſe
contendunt. ſuper qua re nunc mihi nõ eſt diſputandi locus. hoc vero
exploratiſſimũ eſt: hos libros rhetoricos: ſiue a Cicerone cõpoſiti fue
rint vt Priſcianus exiſtimat: ſiue ab alio neſcio quo: vt nõnulli ex neo
tericis autumant: eſſe luculentos limatos emunctos & in primis cõdu=
cibiles ad docendã eloquentiã: quæ in canonicis ſcripturis argento cõ
paratur: quã ſub noie argenti ęgyptijs eripiendã eſſe dominus p̃cepit.
ſicut in Pentateuco & maxime in Exodo a Moyſe relatum eſt: in Leui
tico etiam primicias mellis domino iubemur offerre quod tropolo=
gice ſignificat dulcedinem eloquentiæ: quo nulla dulcedo mellea dul=
cior eſſe exiſtimatur: cui omnis ſuauitas comparata fatiſcet: & auſteri
tatis ac amaroris plena videbitur: hoc verum eſſe omnes eloquentiæ
profeſſores affirmant: hoc nemo veſtrum inficiabitur: vbi præcepta
rhetorice optime didiceritis. Quam nõnulli in latinum tranſferentes.
Tum oratoriam: tum oratricem nominauerunt. Eritis autem haud du
bie eloquentes: ſi eloquentiſſimi oratoris volumina in manibus fre=
quenter habebitis: ſi Tullianæ lectionis eritis ſtudioſiſſimi. ille enim
(vt Quintilianus ait) ſe profeciſſe ſciat: cui Cicero valde placebit. Le=
ctioni Ciceronis copulata erit lectio ſiluarum: quas Papinius ſtatius
poeta Neapolitanus: poetico quodam calore conſcripſit: vnde & ſil= Siluæ.
uæ merito nuncupantur. Nam ſiluam Priſci vocarunt poema ſtilo q̃
velociſſimo compoſitum. Quando Poeta calorem ſequens ad im=
petum: ex tempore ſcribit. Et vt inquit Plato: In muſæ tripode ſe=
dens furoris afflatu concitatur. Præterea in ſilua in alia ſignifica=
tione apud eruditos accipitur pro vbertate ac copia rerum caterua=
tim congeſtarum. Vnde ait Cicero in Oratore. Omnis ſilua di=
cendi ducta ab illis eſt: Et Tranquillus in libro de grammaticis. Reli
quit (inquit) nõ mediocrem ſiluam obſeruationũ ſermonis antiqui. Et
diuus Hieronymus in prologo Ioſue & in prologo Paralypomenon

188

ſiluam hębraicorum nominũ appellat multitudinem copioſiſſimam. In hoc vero poemate perinde ac in ſiluis/nemoribuſq; ſunt cũcta cõgeſta & agminatim coaceruata. incredibilis rerum reconditarũ cõmemoratio immenſa multiiugæ doctrinæ deſcriptio hyſtoriarũ: ac rerũ ſcitu dignarũ luculenta narratio. In ſumma q̃ plurima leguntur in ſiluis ſtatij: quę prophanũ vulgus ignorat in quibus grãmatiſtæ alluci nãtur: in quib⁹ cõmentatores ſubinde labũtur. hęc & id genus reliqua nos ea vigilantia/eo ſtudio/ea diligentia explicare conabimur: atq; ꝓ virili parte enodare curabimus: vt nullus auditoꝝ noſtrorũ enarrationes noſtras merito poſſit criminari. Cæterũ qm̃ Ciceronis rhetoricos enarraturi ſumus: ne illotis (vt aiũt) pedibus in ipſa penetralia ingrediamur. De Ciceronis vita & obitu pauca dicam⁹ quæ vobis voluptati ſit audiuiſſe: vſui & ornamento meminiſſe: vos (vt cœpiſtis) quæſo diligenter attendite. Dixi.

Philippi Beroaldi Oratio habita in enarratione Iuuenalis atq; Salluſtij.

Vetuſtiſſimi græcorũ viri clariſſimi maximos honores cõſtituerunt nobilibus athletis qui in ludis olympicis/pythijs/iſthmijs/neemeis victoriã reportaſſent. Nã cũ palma & corona decorarẽtur in ſuas mox ciuitates reuertentes quadrigis triũphalibus inuicti cõſpiciebãtur: & quoad viuerẽt vectigalibus publicis alebãtur. Quod me cogitãte ſubijt admiratio: cur nõ ijdem honores vel potius maiores: luculentioraq; emolumẽta cõſtituta fuerint rerũ ſcriptoribus: qui infinitas voluptates cũctis mortalib⁹ præſtãt: & de toto humano genere optime merenẽt: q tãto athletis anteponẽdi ſunt: quãto animi corporib⁹ antecellũt. Etem̃ ab athletis corpora a ſcriptorib⁹ animi exercenẽ: illi corpora ſaginãt: iſti animis pabulũ ſuggerũt copioſum: & ſolã ĩmortalitatẽ aucupãẽ. Quocirca cũ multũ debeamus ſingulis ſingularũ rerũ cõditoribus tũ plurimũ profecto debem⁹ inuẽtorib⁹ lr̃arũ. quib⁹ nihil p̃ſtãtius: nihil excellẽtius: nihil vtilius vllo vnq̃ tp̄e excogitatũ eſt. Enuero lr̃is cõſtat ĩmortalitas hoĩm: & memoriæ fulciẽ ęternitas: litterę res multis retro ſęculis a multis nationib⁹ geſtas nobis oſtentãt. lr̃is cognitio oĩm diſciplinarũ ꝑcepta eſt: cõmerciũ lr̃arũ tolle ex hoĩbus: ſolẽ ex ipſo mũdo ſuſtuleris. Huius tam excellẽtis/tam neceſſarij boni quiſnã fuerit repertor ambigitur. Alij a Mercurio litteras repertas arbitrãtur. Alij a phœnicibus inuẽtas eſſe tradunt. Cuius rei argumentũ eſt ꝙ phænicia litterarum elemẽta primi poetę nũcuparunt. In gręciam autẽ e phœnicia litteras Cadmũ attuliſſe ferũt: mox e gręcia in latinũ attulere Pelaſgi. Quidã autumãt litteras Aſſyrias fuiſſe ſemꝑ. Eccleſiaſtici vero ſcri-

Litteraꝝ laus & inuentio.

ptores ab hebręis repertas eſſe cō tendunt. Idq; validiſſimo argumē
to probare nitunī:q? videlicet apud hebręos ſingula litterarū elemē=
ta aliquid ſignificēt q̄d neq; apud gręcos:neq; apud latinos vllomo
do fieri poteſt:verbi gratia. Prima hębreorum littera Aleph nūcupa=
tur:q̄d latine ſignificat diſciplinam. Secūda beth. q̄d domus interp̄=
tatur. Gymel plenitudo. Deleth tabularū ſiue librorum:& ita reliquæ
litteræ hebræorū alicuius rei ſignificatiuæ/eſſe traduntur: q̄d neq; de
gręcis /neq; de latinis fertur. Hęc ſunt quæ ab eruditis memorātur de
origine litterarum: qbus qui imbuti fuerint :tm̄ illitteratis hominibus
antecellunt:quātum homines cęteris animātibus pręſtant. Cæterum
ipſe mecum interdū quęrere ſoleo :quid eſt q? cum tot fuerint populi:
tot gentes toto terrarum orbe diffuſę tam paucę nationes in littera
rum ſtudio effloruerint. Soliq; fere græci & Italici litteras excoluerint
Nāq; plures( vt ego opinor )in ſola gręcia/ Italiaq; ſcriptores extite=
runt: q̄ in om̄ibus aliis per longa ſęcula nationibus:huiuſce rei nimi
rum illa potiſſima cauſa eſſe creditur. aeris videlicet ſubtilitas atq; tē=
peries. Non enim temere dixit Heraclitus. aer ſiccior. anima prudēti=
or & melior. hinc thebani pingues hebeteſq; exiſtimati ſunt:q? thebis
cœlum eſſet craſſiſſimū. Cōtra Attici putantur acutiores: q? Athenis
aer tenuis atq; ſalubris. hinc ſeptētrionales mentibus ſtupētibus eſſe
tradunī:q? propter cœli craſſitudinem:īmodicūq; aeris humorem re=
frigerētur:quæ res haud dubie efficit animos tardiores/hebetioreſq;.
Verum propter ſanguinis/humoriſq; abundantiā ferro reſiſtunt ſine
timore: Ecōtrario qui proximi ſunt ad axem meridianū feruētiſſimis
æſtibus obnoxii exiguum habēt ſanguinem :ideoq; timidiores ſunt
pauidioreſq; :& q̄uis ſint animis acutiſſimis:ſummaq; ſolertia prædi
ti:exuſtas tamen habent a ſole vires animorū. Nimirum hoc illud eſt
q̄d philoſophorū princeps Ariſtoteles ſcribit in Politicis. Gētes q̄
in frigidis regionibus incolunt/ainmo quidē abūdare. Ingenii vero
& artificii habere q̄ minimum. Aſiaticos aūt ingenioſos quidem eſſe
ſed minime animoſos:at genus gręcorum ſicut in meditullio regio=
nis ſitum eſt:ita animo pollere & ingenio. Italia quoq; cū inter ſeptē
trionalem:meridionalēq; palam collocata ſit :mixtionibus diuerſis
efficitur tēperatiſſima :queādmodū Iouis ſtella inter Martem feruen
tiſſimum:& Saturnum frigidiſſimum media currens temperata ſalu=
tariſq; ſit. Quocirca Italia omnium terrarum alumna ac parens nun=
cupatur. Eadem cunctarum gentium in toto orbe prima eſſe traditur
Quæ om̄es nationes ſine cōtrouerſia antecellit :Viris/fœminis/duci=
bus/artium pręſtantia ingeniorum claritatib?. Ipſa vero vrbs Roma
vt inquit Ammianus Marcellinus virtutū oīm fuit domiciliū. Cum

viri diuino pene ingenio pręclari: & etiam innumerabiles in Italia per varias ætates extiterint. Duobus potiſſimũ temporibus q̃plurimi ef floruerunt: videlicet circa tempora Auguſti & mox circa tẽpora Domitiani atq; Traiani. Illa profecto ſęcula aurea cognominari merito poſſunt: Illa fœliciſſima tempora nuncupanda: quibus Cicero. Aſinius pollio: Cælius: meſſalla: Caluus: Iulius Cęſar. M. Varro: & mox Vergilius: Ouidius/Varro attacinus/Propertius/Tibullus: & ſexcenti doctiſſimi floruerunt. Altera vero ętate non pauciores extiterunt. Inter quos Quintilianus/Duo Plinij/Tacitus/ Trãquillus/Gellius. Martialiſq; excelluerunt: & in primis Iuuenalis aquinas: qui quemadmodum ipſe poemate Satyrico eluxit in hac poſteriori ętate. ita in ſuperiori Criſpus Saluſtius in ſcribẽda hiſtoria immortalitatem ſibi cõparauit. Quos ambos hoc anno ideo publice ꝓfiteri deſtinaui: quoniam ex vtriuſq; lectione. Confido auditores maximam vtilitatẽ cũ voluptate eſſe capturos. Nam Criſpus Saluſtius ob elegantiam inimitabilemq; in ſcribendo breuitatem aſſecutus eſt primas inter hiſtoricos partes: quos epigrãmaticus poeta illo diſticho expreſſit. Hic erit vt perhibent doctorum corda virorũ Criſpus romana primus in hyſtoria Etenim ita creber rerum frequẽtia eſt vt verborum ꝑpe numerum ſententiarum numero ſequatur: ita verbis quoq; nouator dictus eſt cõcinnus ita elegans/ita preſſus: vt neſcias vtrũ res verbis: an verba rebus illuſtentur. Saluſtium Quintilian⁹ Thuccydidi celeberrimo apud gręcos non dubitauit opponere: in quo cum ſit pręcipua virtus breuitas: vt Seneca refert: hac eum Saluſtius vicit: ex cuius oratione nil demi ſine detrimento ſententię poteſt. Vnde haud immerito dixit Macrobius Saluſtium in genere dicendi breuiſſimo dominari. Et magnam profecto iacturam paſſa eſt latina lingua deperditis Saluſtii libris: quibus geſta Romanorum cõplectebat̃ nobis tantũmodo ſupſunt illius diuini viri Catilina atq; Iugurtha. Saluſti⁹ ab Auguſtino ita laudatur: vt eum appellet nobilitate veritatis hiſtoricum. Cuius orationes (vt inquit Seneca) leguntur in honore hiſtoriarum: quæ haud dubie volumina indicant quanta in ſcribendo maieſtate: q̃q; diuino fuerit decoratus ingenio: ſed quẽadmodũ in hiſtoria eximius eſt Saluſtius: ita in Satyra eminentiſſimus eſt Iuuenalis. Cuius poemate eruditiſſimo nobis abunde declaratur: nõ pauciora priſcis temporibus q̃ noſtris flagitia extitiſſe. Nec flagitioſos pauciores: huius itaq; lectione affatim cognoſcetur: quãtis vitijs illa ętas infecta fuerit: quantiſq; libidinibus cõmaculata: ita vt vitupetatio taliũ flagitiorum: nobis maximo eſſe poſſit documẽto: vt qđ turpe eſt fugiamus: qđ honeſtum eſt id tota mente capiamus. Ex Satyrici poetæ lectiõe

Saluſti⁹.

aperte cognoſcemus id qđ nos conquerimur Maiores noſtros conqueſtos fuiſſe. Videlicet corruptos eſſe mores vigere nequitiam: luxuriam: libidinemq; dominari. Maximã profecto nobis exhibebit vtilitatem: nec minorem voluptatem Iuuenalis: in quo eruditio mira eſt: Varietas rerũ iucundiſſima: Stilus terſus. libertas Satyrica. Sententiæ ſcitu dignæ innumerabiles: laudatio virtutum: vituperatio vitiorum. Enarrabimus ergo dijs bene iuuantibus celeberrimũ ſatyricum & hyſtoricum luculentum: & pro mediocritate huiuſce meę quantulęcunq; in profitendo facultatis elaborabo vt cunctis ſatiſfaciã: vt recondita illuſtrem. Et in primis quæ cõmentatoribus omiſſa ſunt: vel parum diligenter interpretata: ea enarrare conabimur. in ſumma illa omnia qualiacunq; ſunt: quę longis vigilijs/& iugi labore didicimus vobiſcum libentiſſime cõmunicabimus: Vos quæſo aurium operam nobis accõmodate. Dixi.

Philippi Beroaldi Oratio habita in enarratione Quæſtionum Thuſculanarũ & Horatij Flacci: continens laudem muſices.

MAgna res eſt ac venerabilis: omniũq; mortalium votis expetenda viri clariſſimi philoſophia: quã gręci Ethicen: latini moralem nominauerunt: quę cum animorũ noſtrorũ medicina ſit efficaciſſima: tanto reliquis diſciplinis eſt excellentior: quanto animi corporibus antecellunt. Nam cũ conſtemus ex anima & corpore. Cumq; corpis ſeruitio animi vtamur imperio. Magis nos decet animum curare q̃ corpus. Nihil autem peræque pertinet ad animorum ſanationem: q̃ philoſophia & ea potiſſimum: quæ de vita tractat & moribus. Siquidem cũ plures pernicioſioreſq; ſint animi morbi q̃ corporis: qui dies noctesq; noſtras mentes exedũt. Cum cupiditatibus inſatiabilibus ſollicitemur: cum perturbationibus innumerabilibus ſimus obnoxij: hos omnes morbos ſola ſanare poteſt philoſophia moralis. Quę haud immerito vitę dux: & virtutis indagatrix expultrixq; vitiorum a luculentis ſcriptoribus nuncupatur. Cuius documentis qui fuerit imbutus: is facile caſus contemnet humanos. fortunamq; floccifaciet imperterritus/ imperturbatus/ inuictus. Et cum plura ſint ſtudia: quæ liberalia nominantur: quia homine libero digna ſunt. Hoc vnum philoſophiæ ſtudium vere liberale eſt: quod homines liberos facit ſublimes fortes/ atq; magnanimos. Quocirca illi valde vituperandi eſſe creduntur: quorum corpora in ſagina ſunt: animi in macie veternoq; tabeſcunt: apud quos appetitus rationi imperat: Virtus voluptati obſequitur: corpus animo dominatur. Quorũ deus venter eſt: quiq; in voluptatibus/ libidinibuſq; ſummum bonum collocarunt. At quanto maiores noſtri prudentiores/

Ethice.

190

laudabilioreſq́ extiterunt: qui virtutē ad beate viuendum ſolam ſufficere crediderunt: qui vnicæ philoſophię diuitias omnes poſtpoſuerunt. Solam virtutē contemplantes: ſoli ſapientiæ inhiantes/ ſolam doctrinā amplexantes. Inter quos imprimis Socrates philoſophorum fons nūcupatus excelluit qui primus philoſophiā deuocauit a cœlo. Docuitq́ de vita & moribus rebuſq́ bonis ac malis inquirere. Nam cum philoſophię tres partes eſſe tradiderint eximij ſcriptores: Phyſicen: Dialecticen: atq́ Ethicen: quarū phyſice: quæ a nobis naturalis appellatur rerū naturā perſcrutatur. Dialectice: quā rationalē nominamus: ꝓprietates verborū ſtructuramq́ requirit. Ethica q̄ dicitur moralis animū componit atq́ omnes animorū perturbationes ſedat: hāc poſtremā Socrates cōplexus eſt. Ethicā Socrates in ſcholis edocuit/ ethicam adamauit/ illuſtrauit/ excoluit: ad quā cū tranſiret illud vulgatiſſimū vſurpauit. Quæ ſupra nos nihil ad nos: tanq̄ ſola philoſophia moralis eſſet mortalibus maxime neceſſaria atq́ frugifera: plurimūq́ vtilitatis afferret. Cum reliquas partes nō multum probaret. Ideoq́ neq́ de natura rerū: neq́ de altioribus ſublimioribuſq́ rebus Socrates vnq̄ diſputabat: ſed de ſola morali philoſophia aſſidue diſſerebat ac meditabatur. Cuius diſcipulus diuinus ille Plato doctoris dogmata in omnibus fere voluminibus mirabiliter expreſſit. Eiuſq́ ingenium varioſq́ ſermones immortalitati cōmendauit: cum ipſe litteram Socrates nullā reliquiſſet. Cęterum philoſophia omnis ac reliquæ liberales diſciplinæ diu in ſolis græcorū gymnaſijs floruerant: diu a ſolis græcis tractatæ/ excultæ/ illuſtratæ ſunt: cū Romani latiniq́ arma magis q̄ ſtudia litterarum exercerent: cum imperiū magis ꝓpagare q̄ diſciplinas percipere meditarētur. Antiquitus ſophia dicebatur quæ nunc philoſophia nūcupabatur. Et qui hanc ꝓfitebātur Sophi. i. ſapientes appellati: primus Pythagoras philoſophiam nominauit ſeq́ philoſophum hoc eſt ſapientiæ ſtudioſum: a quo illud philoſophiæ genus emanauit: qđ italicum ſcriptores appellāt: ab eo ꝙ Pythagoras (vt plurimū) in Italia philoſophatus ſit: cum Ionica philoſophia ab Anaximandro defluxerit diſcipulo Thaletis Ionici Cæterū cum indies magis ingenia gręcorū efflor eſcerent: cum ſtudia litterarū magis ac magis excolerētur: apud Athenienſes illos Catos atq́ legiferos domiciliū philoſophorū conſtitutū eſt. illic academia Platonis. Lycium Ariſtotelis: porticus Zenonis effloruerunt: ex ea ciuitate complures philoſophorū ſectæ tanq̄ ex equo Troiano innumeri principes prodierūt. illinc academici hoc eſt Platonici ab academia ſchola nūcupati: illinc Stoici a porticu Zenonis nomīati: illinc peripatheci ab ambulatione Ariſtotelis nomen ſortiti proceſſerunt:

Socrates

Sectarū ꝑcipes

illinc ſecta Epicureorū:illinc manauit ſecta Cynicorū:quos ita a probris moribuſq; caninis appellitauerūt: quorum princeps & auctor ꝑhibetur Anthiſtenes & illuſtrator Diogenes. In atticorū gymnaſijs dogmata philoſophorum didicerūt Ariſtippus conditor cyrenaicæ ſectæ Archeſilaus princeps nouę academię:phedon a quo heliaca ſecta profluxit. Euclides a quo megarica: & Menedemus: quem auctorem Eretricorū ſecta cōcelebrat.& vt ſemel finiam:nulli fere illuſtres philoſophi extiterunt:qui nō Athenas ſtudiorū cauſa ꝓficiſcerentur Illic diu litterę habitarunt:illic philoſophia habuit domiciliū:illic ingenuæ ac liberales artes diutiſſime diuerſatæ ſunt:quę ſero quidē:ſed tamen aliqñ ad Romanos tranſmigrarūt:qui vt erant oīm vtilitatū ac virtutū rapaciſſimi cognitis grecorū diſciplinis incredibili litterarum ſtudio flagrare cœperunt:multiq; philoſophiā latinis litteris excolere atq; illuſtrare:conati ſunt. Sed duo potiſſimū excellēti ac pene diuino ingenio viri id efficere potuerunt. M. Varro qui a Terentiano vndecūq; doctiſſimus nūcupatur.&.M.T.Cicero extra oēm ingenij aleam collocatus:qui cum oratoriā diſciplinā illuſtrauiſſet:philoſophiam quoq; ſua induſtria illuſtrandā excolendamq; ſuſcepit. vt qui occupatus Romanis ꝓfuiſſet:etiā prodeſſet ocioſus. Et cū vbiq; Platonis æmulus ac imitator exiſteret Dialogos in philoſophia & potiſſimū morali plurimos diuinitus conſcripſit:& in primis quęſtionū libros quinq;:quas a villa ſua Thuſculana:quæ fuerat antea Syllæ dictatoris Thuſculanas noīauit:

Thuſculanæ

quarū lectio cū ſit futura auditoribus vtiliſſima ac ſaluberrima. Cūq; multū eruditionis:multū ſententiarū: multū exemplorū in his cōtineatur:eas publico auditorio inſtitui ꝓfiteri:meq; facturū operæpreciū eſſe cenſui ſi id pluribus mea induſtria cognitū fieret & apertū:qđ prius incognitū erat & obſcurū. Vos itaq; hortor & moneo: vt Cicerōis libros lectitare ediſcere & in manib⁹ quotidie habere velitis:hūc ſpectemus:hoc ꝓpoſitū nobis ſit exemplum:ille(vt Quintilian⁹ ait)ſe ꝓfeciſſe ſciat:cui Cicero valde placebit. Cęterū quantū Ciceronis lectio nobis vtilitatis eſt allatura:tantū carmina Horatij flacci modulata afferent iucūditatis:

Horatius

& queādmodū philoſophia ſalubris eſt:ita muſica delectabilis. Cuius dulcedine cuncta viuētia capiūtur: cui⁹ origo cœleſtis memoratur: ipſiuſq; ratione mundū eſſe cōpoſitū pythagorici vulgauerūt.

Muſicæ laus. Cōcinentia cōcentus.

Vnde theologi nouē muſas eſſe dixerūt ꝓpter octo ſpherarū cœleſtiū muſicos cōcentus & vnā maximā cōcinentiā:quæ cōſtat ex omnibus:quā harmoniā nominauerunt:cœlūq; ipſum canere aſſeruerūt. Muſicam antiquis illis tēporibus in veneratione maxima fuiſſe memorię proditū eſt:ac maximos duces fidibus tybijſq; ceciniſſe:quinetiā apud priſcos tā græ=

eos q̄ Romanos in cōuiuijs poſt cænam lyra circūferebatur: qua lau
Themiſtocles lyræ expers des atq; virtutes virorum fortiū canebantur: quā cum olim themiſto
cles recuſaſſet habitus eſt indoctior. Cōtra laudatus Epaminondas
ꝙ Cytharizare & cātare ad chordarū ſonum eſſet eruditus. Socrates
quoq; iam ſenio confectus inſtitui lyra nō erubuit: & Plato ciuili viro
quē politicon vocat: muſicā credit eſſe neceſſariā. Et Ariſtoteles in
politicis author eſt Muſicā inter diſciplinas ingenuas eſſe collocatā
quā vna cū litteris & gymnaſtica adoleſcētes priſcis tēporibus diſce
re conſueuerūt. & ſi volumus (inquit idem) delere in ocio. Muſica eſt
ahibenda: quę habet naturalē voluptatem quæ ex iucundiſſimis eſt:
quam Muſeus dulciſſimā dixit eſſe mortalibus. Muſica antiquitus ſa
crificijs ac funeribus adhibebatur. Muſica curas abigit: clæmentiam
ſuadet: & ad leniendos affectus plurimū valet: & vt inquit eleganter
apud philoſtratū Canius tybicen. Muſica mœrētibus adimit mœro-
rem: hylares efficit hylariores: amatorē calidiorē: religioſū ad deos
laudandos paratiorē: eademq; varijs moribus accōmodata animos
auditorū quocunq; vult ſenſim trahit. Pythagoricis certe moris fuit
animos ad lyram excitare vel lenire: neq; ſolum perturbationibꝰ ani
morū: ſed etiā corporis morbis medetur muſica modulatio. Cum ad
febrem quoq; ac vulnera cantiones quotidie adhibeantur. Qua pro-
pter laudandus eſt Xenocrates: qui organicis modulis lymphaticos
liberabat: & Aſclepiades: qui tubarum cantu ſurdiſſimis medebatur.
Theophraſtus quoq; ad affectiones animi moderandas: tybias adhi
buiſſe fertur. Quinetiam traditum eſt Thaletem Cretenſem cytharæ
ſuauitate morbos ac peſtilentiā fugauiſſe. & cantus tybicinū mederi
credūtur iſchiacis: & in inſtrumento veteri ſcriptū eſt: quēadmodum
dauide cytharizante Saul refocillabatur a furore dementiæ: quo idē-
tidem corripiebatur. Quid nōne bella muſicis modulationibus accē
dūtur? quid aliud in. R. legionibus litui tubæ cornuaq; moliebātur?
Quorum cōcentus equos militeſq; pariter acuebat. Præterea Creten-
ſes ad cytharam dimicabant. Lacedęmonij in gręcia: in Italia Syba
ritæ ad tybias. Nōne amazones ad calamos arma tractabant? nōne
hyliattes lydorū rex: vt auctor eſt Herodotus in exercitu habuit con
Tymotheus cinentes fiſtulatores atq; fidicinas? Tymotheus quoq; Muſicus eru
ditorum pręconio celebratur: ꝙ Alexandrū magnum muſici cantus
modulatione ad arma corripienda inflāmaret: idem inflammatū mu
tatis modulationibus cohiberet. Quid pacis munia nōne apud anti-
quos muſicis cātibus celebrata fuere? Etenī plures græcorū ciuitates
vt Martianus affirmat ad lyram leges decretaq; pu. recitabāt. Quid
multa? Muſices diſciplina non ſolū homines verūetiam bruta aīalia

demulcet. Cerui fiſtularũ cantu capiũtur. Delphines muſica arte mulcentur. Aues fiſtulis alliciuntur. Architectus quoq; citra muſicen perfectus non erit: quæ in primis efficax eſt: vt inquit Vitruuius ad baliſtarũ catapultarũ ſcorpionũ temperaturas: hydraulicas quoq; machinas efficere nemo poterit ſine muſices ratiotinationibus. Cum ergo inter homines reliquaq; animantia muſicæ tanta ſit dñatio. eiuſq; dulcedine capiatur omne quod viuit. Celeberrimi ſcriptores extiterũt qui ad lyram carmina cõponerẽt: & rythmis muſicis numeroſiſq; modulationibus ſua ſcripta cõtexerent. Q đ non ſolũ a græcis latiniſq;: verũetiam ab hebreis factitatum. Tanta quippe eſt ſuauitas: tantaq; voluptas muſicæ modulationis. Quid enim pſalterio Dauidico modulatius? Quid canorum magis? Q đ in morẽ Horatij Pindariq; decurrit? Quid Deuteronomij & Eſaiæ cantico pulchrius? Quid Salomone grauius? Quid perfectius Iob? Quę omnia hexametris & penthametris verſibus: vt eruditi teſtantur. apud hebręos cõpoſita citra ſalebroſam aſpredinem progrediuntur. Cæterũ cum antiquiores numeri ruſticis & incõditis ſimiles eſſent: poetica vt auctor eſt Cẽſorin⁹ veluti legitima muſica compoſitior magiſq; modulata pfluxit: quæ modulatione metrica aſperitudinem leuigaret: & cuncta venuſtaret. Etenim ryhmos numeroſq; muſicos ac pedes peculiariter complexi ſunt poetæ illi qui lyrici cognominãtur ab eo q; ad lyram illorũ carmina condecenter canebãtur: quorum apud priſcos tanta fuit copia: ac tantus numerus: vt Cicero neget ſi ſibi duplicetur ætas ſe habiturum tempus: quo lyricos poetas oĩes perlegat: quorum apud græcos longe Pindarus princeps extitit: apud Latinos Horatius qui vt auctor eſt Quintilianus fere ſolus lyricorum poetarũ legi dignus eſt. Nam & inſurgit aliquando & plenus eſt iucunditatis: & gratiæ: & variis figuris & verbis fœliciſſime audax. Idem in Satyra ſcribenda terſus & purus: & ad notandos hominum mores præcipuus. In eo graues crebræq; ſententiæ. & Eruditio varia & multiplex elegantia cum nitore terſiſſima. Horatij itaq; poema canorum non minus delectabit q̃ proderit. Non minus animo q̃ auribus pabulum ſuppedit abit. Cuius lectio non minus frugifera erit: q̃ iucunda. Ego vero pro viribus connitar in enarratione Ciceronis & Horatii cunctis auditoribus ſatiſfacere: & nihil earum rerum prorſus omittere: quæ ipſorũ declarationi ſint futurę accommodatæ. Voſipſi teſtes eritis locupletiſſimi: quos omnis rogo & hortor: vt tam libenter audire velitis: q̃ nos diligenter cuncta enodare curabimus. Sed iam nonnulla ſcitu digna de Cicerone dicem⁹: paulopoſt de Horatio flacco dicturi. Vos (vt cœpiſtis) quæſo attente audiatis. Dixi.

Lyrici.

Horatij laus.



192

Philippi Beroaldi orō habita in enarratiōe Perſij poetę Satyrici.

MVltæ res ſunt parui corporis viri clariſſimi: quæ rebus magnis proculdubio anteponunt̃: & multo precioſiores eſſe iudicātur. hoc in primis gēmę lapilliq; teſtātur. Quid em̄ eſt minutius carbūculis? Quid breuius adamāte? Quid hiacyntho magis puſillū? & nihil tamē his pręcioſi⁹/nobiliuſve reperit̃. *Scribit* eloquētię parens Homerus Tideū paruo fuiſſe corpuſculo decoratū: in quo tamen anima eſſet maxima: & vires ingētiſſimę. Vnde decenter in priapeis a poeta ſcriptum eſt.

Vtilior Tideus: qui ſi quid credis Homero.
Ingenio pugnax/corpore paruus erat:

Et a Papinio non minus vere q̄ diſerte dictum.

Maior in exiguo regnabat corpore virtus.

Et Xantyppus Lacedęmoni⁹ qui breui ſtatura erat ità laudat̃ a *Sylio*

Exiguis vigor admirabile membris.
Viuidus & magnos niſu qui vinceret artus.

Eniuero mihi curioſiſſime circūſpectanti & diligētiſſime penſitāti videt̃ res fere omnes virtute magis q̄ magnitudine ęſtimādas eſſe ac metiendas: Neq; quęrendū quātus ſit quiſq;: ſed qualis: neq; q̄ proceꝛus: ſed q̄ ꝓbus ac eruditus. Quis vnq̄ librū laudauit ob id tantūmodo ꝙ magnus foret ac copioſus? Quis orationē duxit eſſe luculentā propterea ꝙ verboſa eſſet & enormis? quis poema ob magnitudinē vbertatēq; celebrauit vnq̄? nemo mediuſfidius vel modice eruditus id aſſeruit. Immo contra laudamus libellos qui ſunt diſerti/eruditi/& doctiſſime cōcinnati: eoſq; haud dubie anteponimus maximis voluminibus: in quib⁹ nulla ſit eruditio minimaq; facundia: Huiuſce aūt rei nobis locupletiſſimū quottidie teſtinoniū exhibet Perſius poeta Satyricus: qui quanto minor eſt: tāto ē elegantior: quanto minus habet ponderis: tanto plus habet auctoriatis. Vnde luculenter cecinit epigrammaticus poeta Martialis.

*Sæpius in libro memoratur Perſius vno:*
*Q̄ leuis in tota marſus amazonide.*

Et de eodem Quintilianus ait. Multū & veræ gloriæ q̄uis vno libro perſius meruit. & a diuo Hieronymo *Satiricus* diſertiſſimus nuncupat̃. nec īmerito. Nā & ſanctitate ſcribendi/ & ſententiarū grauitate & verborū pondere/& *Satirica* vrbanitate nulli poſtponēdus eſſe videtur: Inſectat̃ vitia/*Sōtes* carpit. pręceptiſq; legētiū animos ſanctiſſimis format & imbuit: aliquāto ſubobſcurus eſſe credit̃: ꝓpter hominum temporūq; inſcitiā & reꝝ ignoratione: Sed ſi quis curioſius poema luculentū introſpexerit ꝓculdubio cognoſcet id eſſe terſiſſimum

atq́; elegantiſſimum: qđ (vt opinor) vbi a nobis enarratũ fuerit: facile omnes iudicabitis veriſſima eſſe quæ dicim⁹: & ꝓfecto poſt enarrationem Iuuenalis: nullus nobis ſcriptor magis idoneus ipſo Perſio occurrere potuiſſet. vterq; Satyricus: vterq; in eodem ſcribẽdi genere verſatur: vterq; vitę mortaliũ formandę accõmodatiſſimus eſt Enarrabimus itaq; diis bene iuuantibus Perſium Satyricum poetã: Cuius opuſculum nõ minus nobis iucũditatis dabit q̃ vtilitatis: qui nõ min⁹ gratus erit vobis audiẽtibus: q̃ nobis enarrantib⁹. Sed ne moroſior ſit prolog⁹ q̃ poema iam interpretationem ipſam incipiamus. Vos queſo diligenter attendite. Dixi.

Philippi Beroaldi Oratio dicta apud rectorem ſcolaſtici cõuent⁹ ineuntem ſcolaſticam præfecturam.

MAiores noſtri qui rem publicam Bononienſem inſtitutis optimis legibuſq; formarunt. Cum viderent bona animi corporis bonis lõge eſſe anteponẽda: ſolertiſſime ac prudentiſſime ſanxerunt: vt gymnaſia cõſtituerentur: quæ eſſent domicilia doctrinarũ: & aſyla bonarũ litterarũ: in quibus viri ſapientes ac eruditi ingenuas diſciplinas profiterentur. Sed quia ſine gubernatore nauigium periclitatur: ſine auriga quadrigæ pręcipites ruunt: ſine rectore cũcta labaſcunt atq; vacillant. Ideo iidem illi conditores annuos gymnaſiarchas hoc eſt pręfectos gymnaſii litteratorii eſſe voluerunt: qui ordini ſcholaſticorum honeſtiſſimo ꝓficerentur: qui cuncta ad ſcholaſticos pertinentia auctoritate regerent: prudentia penſitarent: dexteritate moderarentur. Mos hic optim⁹ tanq̃ per manus poſteriorum in hodiernũ vſq; diem propagat⁹ eſt: nuperrimeq; oĩm ſuffragiis atq; conſenſu deſignatus fuit Rector vtriuſq; ſcolaſtici conuentus: hoc eſt tam Italicorũ q̃ prouincialium. Vir magnificus ac circũſpectiſſimus Thomas Anglic⁹: vel vt latine loquar Britãnicus qui & natalibus & familiæ nobilitate chariſſimus eſt: idem fortunæ bonis opulentus: animi dotibus excellens: Cui genitale ſolũ Anglia eſt: quã maximam illuſtriſſimamq; eſſe inſularum nullus ignorat. Cui antiquitus Albion nomen fuit: quã mox Britãniam nuncupauerunt: a quo omnes vicinę inſulæ Britanniæ nominatæ fuerunt. Angliam vulgo recentiores appellitant. Regio eſt clara latinorum græcorumq; monumentis: fœcunda frugibus: Copioſa pecoribus: Referta auri argẽti plumbiq; metallis: ex qua eſcaria vaſa generoſa olim Romam mittitabantur: quę baſcaudæ ab eruditis nuncupant. externorum imperium ſemper aſpernata: indigenis contenta principibus: ingenia Britãnorum non fraudulenta ſed ſimplicia laudauit antiquitas. In re militari præſtantiſſimi fuere. Non equitatu modo

peditatuq; polentes:ſed etiam curribus:quos partim couinos voci=
tant/partim eſſeda inſtructi preliabant:quo genere pugnæ vſi ſunt/
aduerſum Cæſarem dictatorem belligerantes. Inde Æſſedarij/Coui
narijq; ab hiſtoricis nominati. In ſtudijs litterarum neq; hebetes/ne
q; obtuſi iudicati ſunt. Cum ex aere temperato ingeniorum acumen
vegetetur:hinc (vt opinor) exiit illud vulgatiſſimum.
Gallia cauſidicos docuit facunda Britãnos.

Dies me deficeret ſi ſingillatim/minutatimq; recenſere vellẽ:qui
bus dotibus ac bonis fuerit decorata Britãnia:velut a Neotericis di
cere didicim⁹: Anglia quæ per longa retro ſæcula multos viros ge=
neroſos procreauit:hac vero tempeſtate hominem nobis dedit ſum
ma nobilitate:ſumma dignitate:ſumma virtute præditum Thomã
qui hodierno die init magiſtratum honoratiſſimũ gymnaſticæ præ=
fecturę gubernacula moderaturus:vt nõ ſolum pro rectore: ſed etiã
pro rectoribus præſit ſcolaſticis tam Italicis q̃ prouincialibus: & in
ſtar boni gubernatoris nauigium dirigat in portum trãquilliſſimũ.
Ingenij hominis mores: Auita nobilitas: adoleſcentia modeſtiſſi=
ma probitas circũſpecta. Virtus excellens pollicẽtur ac ſpondẽt ha=
bituros nos talem rectorem: qualẽ nec probatiorem/nec meliorem/
nec amabiliorem optare poſſemus. Supereſt vt ſcolaſtici omnes ei
prę ſto ſint/ac optemperent tanq̃ legitimo rectori:vt ipſi ab eo tanq̃
ſcholaſtici haberi mereantur. Scitum eſt illud Domitij oratoris. Cur
ego te inquit habeam vt principem:cum tu me non habeas vt Sena
torem? Illd̃ corpus bene compactum eſt in quo capiti membra con=
ſentiũt. illa res publica optime inſtituta:in qua deteriores melioribꝰ
obſequuntur:ille ſcholaſticorum conuentus bene moratus/beneq;
conſtitutus iudicatur:in quo ſcolaſtici rectorem venerantur: rectori
prę ſto ſunt:rectorem tanq̃ ducem aſſectantur. hoc ſi fiet:ordo ſcho=
laſticorum erit apd̃ Noſtrates fauorabilior:rector ipſe venerabilior:
& Gymnaſio Bononienſi priſtina dignitas reſtituetur:qd̃ olim gym
naſijs Atticorum/Alexãdrinorum/atq; Tharſenſium:quæ antiqui
tas admirata eſt meruit ęqui parari. Te aũt clariſſime rector non mo=
neo:non hortor. nec enim tu meæ indiges aut monitionis/aut horta
tionis:ſed tuapte ſponte currẽtem incito/ſtimulo/impello:vt tutelã
gymnaſij gymnaſticęq; dignitatis tota mente ſuſcipias:ſuſceptam
ita foueas ac modereris: vt celeberrimus hic ordo ſcholaſticorũ tua
diligentia/probitate/vigilantia conformetur/augeatur/illuſtret. nõ
deerũt tibi ſuffragatores ad omnia peragẽda illuſtres principes mei
Bentiuoli cum genitore abſente pręſentes filij:quorum fulgorem nu
per fortuna paulũ obnubilauit:vt purior deinde lucidiorq; eniteſce=

ret. Sicut ſolem videm⁹ interdum poſt diſpulſam nebulam: poſt diſſipatas nubes: poſt edomitam coacti aeris craſſitudinẽ fulgere ſplendidius: radiare flagrãtius: torrere vehementius. Tu magnifice rector enitere meditare contende vt expectationi: quã de te concitaſti ſatiſfacias. id erit tibi tuęq; genti maximo ornamẽto & ſucceſſoribus exemplar eſſe poteris ad imitandum. Dixi.

Philippi Beroaldi Oratio habita dum Rector ſcolaſticus nomine Melior accepit magiſtratus inſignia.

EGregia res eſt Viri pręſtantiſſimi atq; laudabilis rebus omĩbus adminiſtrandis aliquem pręficere qui cuncta prudenter examimet: docte diſpenſet: ſapienter adminiſtret. Cui⁹ nutui ac iuſſis reliqui obediant atq; obſequantur quem vnum cuncti ſectentur vt ducem. colãt vt principem. reuereãtur vt rectorem. hoc in rebus etiam minimis licet inſpicere. Nauis vnum habet gubernatorem: cuius peritiæ nautę omnes ac remiges obſequũtur. Arx vnũ habet prefectum: qui reliquos cuſtodes in officio continet: & nullus ab eius pręſcripto vel digitum tranſuerſum diſcedere tẽtat. Et vt ad maiora veniam⁹. Nulla ciuitas bene poteſt gubernari ſine magiſtratibus: Nulla caſtra ſine imperatoribus: nulla prouincia ſine præſidibus. Nihil eſt profecto præſtantius: nihil vtilius bono ſanctoq; rectore: qui ſubiectis concordiam ſuadeat: bonitatem laudet: virtutes pręcipiat: & officia capeſſenda præſcribat. Merito itaq; viri clariſſimi laudandi ſunt Bononienſes: qui inter reliqua ſancte/prudenterq; inſtituta hoc in primis ſanxerunt atq; inſtituerunt vt ornatiſſim⁹ ordo ſcholaſticorum rectorem habeat: qui ſua prudentia atq; ſolertia cuncta regeret ac moderaretur: qui facienda pręciperet: vitãda monſtraret: ſub cuius oculis atq; vigilantia ſcolaſtici vitam in litteris quieteq; traducerent: & illius præceptis obediẽter obſequerẽtur: hoc cum per multos annos diligentiſſime in vrbe noſtra cuſtoditum ſit. Nuper quoq; vt maiorum veſtigia cuſtodirentur: Deſignatus fuit rector vir præſtantiſſimus & omni laude cumulatiſſimus: qui celeberrimo ſcolaſticorum ordini præficeretur: de cuius virtute/moribus/atq; præſtantia abunde iudicatum eſſe videtur: cum eum non ſolum pro rectore: ſed etiam pro rectoribus elegerint/& omnib⁹ ſuffragijs declararint: qui ſolus officio fungeretur vtriuſq; rectoris: & illius qui Italicis ſcolaſticis præeſt: & illius qui prouinciales moderatur. Ego vero viri circumſpectiſſimi magnopere laudo conſilium illorum: qui vite duorum præfectorum vnicum tantum præfectum ſcholaſticorum creandum eſſe duxerunt. Neq; enim vlla po-

teſtas poteſt habere conſortem:& hoc nobis ipſa rerū natura demō-ſtrat. Rex vnus eſt apibus:& dux vnus in gregibus:& in armētis rector vnus: Vnum grues ducem ſequūtur ordine litterato. Quid multa? Vnus eſt mundi rector atq; gubernator beatificus innominabilis vltra mundanus:qui ſolus cuncta ratione diſpēſat:virtute gubernat:nutu moderatur. Talis itaq; erit in laudatiſſimo ſcholaſticorum ordine regendo:hic nuperus rector:qualis eſt in gubernāda naue gubernator/in cuſtodienda arce pręfectus. in regenda ciuitate magiſtratus. in ad miniſtrāda prouincia pręſes·hic cū in Iuuenili ętate neſtoream habeat ſapientiam. Cum bonitate nomini reſpondeat :cum ſit ex omni parte laudabilis:omnia illa ſtrēnue & diligenter efficiet:quę magiſtraui ſuo accommodata:quæ clariſſimo ordini ſcolaſtico conducibilia:q̄ honori & dignitati cōuenientia eſſe cognoſcet. Valete.

Philippi Beroaldi Oratio ad Tribunos plebis.

NIhil mihi Viri clariſſimi ſolet eſſe iucundius:nihil antiquius. q̄ in celeberrimo conuentu qualis hic eſt: q̄ coram magiſtratibus:quales eſtis vos de re publica capeſſenda contionari:de qua is quoq; bene mereri videtur : q oratione vtit̄ ad animos eorum:qui magiſtratum ineunt incitandos. Cotis vice fungēs quę vt inquit Horatius Cum ipſa exors ſecandi ſit:ferrum tamē acutum reddere poteſt:q̄obrem hodierno die hoc dicendi mun⁹ mihi iniunctum libentiſſime ſubiui:& ego quidē libentius q̄ de magiſtratibus qui ſacroſancti:de Tribunitia poteſtate:quę ampliſſima: de Tribunorū iure:qđ populare eſt:mihi dicendum eſſe video : nec ignoro quid hic locus:quid iſta contio:quid dignitas veſtra poſtulet: & qđ meipſum decere videat̄:quocirca diligentiſſime ꝓſpiciā : vt neq; ineptus apparcā:neq; nimis effuſus /neq; nimis aſtrictus fuiſſe depræhendar:& vt ordini Tribunorū ſatiſfaciam ꝓ virili parte conabor q̄ inter cęteros popularium magiſtratuū ordines eſt eminētiſſimus:qđ ſacroſanctum collegiū haud dubie declarat:maiores noſtros multa per ſe prudentiſſime conſtituiſſe/aut accepta ab aliis meliora reddidiſſe. Nam quāta inter Romanos/ Tribunos & Noſtrates : qui ab illis fluxerunt differentia ſit quęſo diligenter attendite.

Romanis diſcordię ciuiles & inteſtina diſſentio Tribunos ple. pepererūt:quādo in ſacro monte Romana plebes:quę a patrib⁹ vexata ſeceſſerat: peculiares ſibi magiſtratus creauit: Qui Tribuni plebis nūcupātur. Nobis vero iura/leges/ atq; cōcordia Tribunos ple. tradiderunt. Apud Romanos nemini patritio Tribunatū capere licebat vtpote plebeium magiſtratum. Ideoq; Clodius pernicioſiſſimus Tri. ple. iudicatus. Qui relicta claudia gente patritia. C. Fōteio

hominiplebeio ſe in adoptionem tradiderit vt Tribunatū cōſeque-
retur. At qui apud nos plebei patritiiq; promiſcue Tribuni deſignā
tur. nullo liuore: nulla contentione: nulla diſcordia. Romæ ab initio
Tribuni tres tantūmodo fuerunt a quo numero Tribunos nomina
tos iure conſultus opinatur: vel vt Liuius / Dionyſiuſq; tradiderūt
quinq;: quorum numerus ad decem vſq; puenit: quibus annua eſt fi
nita poteſtas. Noſtra autem ciuitas cum in regiones quattuor diſtin
cta ſit: ex ſingulis quaterni eligūtur: quorū auctoritas quattuor mē-
ſium interuallo concluditur: ita fit vt quotannis duode quinquagin
ta Tribunos ciuitas noſtra ſortiatur: quæ cum a romanis. M. fuluio
&. C. Manlio cōſulibus Colonia latina deducta fuerit in creādis ma-
giſtratibus & potiſſimū Tribunis religioſior atq; ſecūdior ipſa parē
te fuiſſe cognoſcitur. Quāto Bononienſes beatiores Philippus ma-
cedonum rex inclytiſſimus eſſe dixiſſet: qui beatos Atheniēſes nū-
cupabat: ꝙ ſingulis annis prętores decem cū imperio crearent: & ex
ſuis ciuibꝰ facillime reperirēt. Præterea apud Rom. Tribunorū ple.
poteſtas magis ad impediēdū q̄ ad agēdū erat accōmodata: vt Plu
tarchus & Appianꝰ memoriæ prodiderūt: & vt Cicero meminit ita
cōſulibꝰ erāt oppoſiti. Tri. queādmodū apud Lacedęmonios epho-
ri aduerſus reges collocati. Et cū Tribunis intrare curiā nō liceret: an
valuas poſitis ſubſelliis Senatus decreta pēſitātes q̄ plurima reſcin
debāt / nec rata eſſe patiebāt. Cōtra noſtri q̄ agēda ſunt agūt: q̄ omit
tenda pariter omittūt. Cōſulibus vero aliiſq; magiſtratibꝰ adeo con
iūcti / adeo cōnexi: vt ad res obeūdas illis adiutoribꝰ vtant: & nō pau
ca ex illorū cōſilio adminiſtrare cōperiāt. Quāto ergo veſter o Tri-
buni q̄ Romanorū Tribunorū maior eſt ordo / quāto numeroſior /
quāto cōpoſitior: tāto vos magis eniti decet ac elaborare: ne virtute
ac rebus agēdis inferior iudicet. Et qm̄ diſcordia ordinū venenū eſt
ciuitatū. Quę Romanos Tri. cū cōſulibus altercātes ſępiſſime labe-
factauit. Vos cōcordiā potiſſimū cuſtodite. ſit inter vos omnes in ad
miniſtranda re publica ſtabilis & firma conſentio. in ore atq; animis
veſtris verſetur ſemper ſaluſtiana illa ſentētia: qua hiſtoricus ille cla
riſſimus demōſtrauit. Cōcordia paruas res creſcere: Diſcordia maxi
mas diſſipari: propter quā. M. agrippa ſe virū bonum factū eſſe glo-
riabatur. Vobis exemplo ſit prudētiſſimū illud Siluri factum. Qui
lxxx. filiis decoratus cum iam morti proximus eſſet. Virgarę faſcem
vnicuiq; natorum porrexit iubens vt illum confringerēt. Id autem
ſingulis facere nequeuntibus: ipſe ſigillatim virgas omnes facile cō-
fregit: quo callidiſſimo cōmēto ſolertiſſimus pater filios admonuit
eos firmos ac potentes tātiſper futuros: dum inter ſe cōcordes & ani-

mis conglutinati eſſe perſeueraret:imbecilles vero & infirmos ſi diſ-
cordia ſeiungerentur.O diuina concordię vis quæ diſſipata conne-
ctit/infirma corroborat:ſine qua magiſtratus nō ſalutares :ſed detri
mentoſi in ſuis vrbibus efficiuntur.Conſpirate itaq; Tribuni & vno
Lepidi factum — conſenſu deſcendite ad rem publicam capeſſendam:quæ omnibꝰ ꝑ-
fecto rebus anteponenda eſt:cuius cauſa.M.lepidus cum.M.fuluio
Collega:quo die cenſor factus eſt homine inimiciſſimo ſtatim rediit
in gratiā:& ſimultates/inimiciciaſq; depoſuit.Induite ꝑſonā publi-
cam exuite priuatam.Mens veſtra pręter publicum cōmodum nihil
Iuſticia. — ſpectet:huc oculos:animum:cogitationes:huc ſtudia veſtra conuer
tite:æquitatem vero in primis cuſtodite/& iuſticiam amplexamini.
Sine qua(vt inquit Auguſtinus) Reges tyranni nnncupantur:ſine
qua optimatium cōſenſus factio eſt : ſine qua nec domꝰ/nec ciuitas/
nec hominum genus vniuerſum:nec ipſe mundus conſiſtere poteſt
iuſtitię patrocinari eſt ipſam virtutem colere.Cuius hęc vis eſt effica
ciſſima:Hoſtem eſſe atq; inimicum hominum/morumq; malorum:
contra defenſorem hominum morumq; bonorū:Cōmoda pręterea
patriæ ſibi prima putare. Deinde parētum.tertia iam ſupremaq; no
ſtra.Quos lucillianos verſus Tribuni non ſolum vobis ediſcēdos
ſed quotidie in manibus/in ore/in intimis præcordiis habendos eſſe
cenſeo:& ſicut Cryſippꝰ imaginem iuſtitię faciendam eſſe docet:for
ma virginali:aſpectu vehementi:luminibus oculorum acrioribꝰ:ita
oportet magiſtratū:qui iuſtitiæ antiſtes eſt:eſſe grauem/ ſanctum/in
corruptū:cōtra improbros/nocenteſq; inexorabilē.Enimuero con-
cordi & iuſto magiſtratu nihil pręſtantius/nihil vtilius in bene con-
ſtituta re pupblica reperiri poteſt. Diſcordi vero & iniuſto nihil per-
nicioſius.Cōcordes duce iuſtitia.R.P.ſeruāt incoiumē. Diſcordes
iniuſtitia dominâte labefactant & euertunt. Eſtote ergo Tri.iuſtitię
cultores acerrimi:& ęquo honeſtoq; patrocinamini.in hoc verſetur
omne veſtrum ocium/omne negociū:in hoc quies & labor repona-
tur.in hoc ſtudium & diligentiam collocatote : ſit quoad fieri poteſt
magiſtratus veſter portus bonorum/ſcopulus reorum : & quoniam
Tribunꝰ popularis eſt magiſtratus:populares vos plebicolaſq; præ
betote:& populi cōmoda pro virili parte defendite.Cæterum cū plu
Monachia ariſtocratia democratia Oligarchia. — res ſint rerumpublicarum ſpecies : Platone & Ariſtotele principibus
ita tradentibus.Cum ſit principatus regius quā monarchiam appel
lant:cum ſit optimatium quæ græce Ariſtocratia nuncupatur : cum
ſit popularis ſtatus.Cui Democratiæ nomen eſt : cum ſit oligarchia
id eſt paucorum quando magiſtratus a cenſu eliguntur : cum ſit etiā
tyrannica adminiſtratio.veſtrę ſunt partes Tribuni/veſtrum munꝰ

veſtræ eſt diligentiæ: veſtræq; vigilantiæ eniti contendere elaborare pro viribus : vt principatus huiꝰ vrbis: qui ex Ariſtocratia/Democratiaq; compoſitus eſt: nulli aliorũ cedere: nulli poſtponendus eſſe videatur. Tribuni pro populo excubare debẽt: & munia rei publicæ ſaluberrima capeſſere: id qđ priſcorũ Romanorum inſtituta declarant: quibꝰ nullum diem integrum Tribunis plebis abeſſe Roma licebat: quẽadmodum nec prouinciarum rectores extra ꝓuincias abnoctare iura permittunt: vt videlicet ſemper preſto eſſent: & ſi quando opꝰ foret: ne vnq̃ eorũ opera a plebeis deſideraretur: Hinc etiam ianuæ antiquitus die nocteq; patebant Tribunorum: tanq̃ portus/ & refugium laborantibus ſemp paratum eſſet: quibus foret opitulandum: quinetiam Tribuni purpuram minime geſtare conſueuerunt: vt popularis magiſtratus in omni victu ac cultu popularibus ſimilis conſpiceretur. Et vt Curio dicere ſolebat. Tribuno conuenit prebere ſe multitudini cõmodum atq; tractabilem & in adeundo ſe facilem: qđ etiam a iuriſconſulto non ſolũ de præſide: ſed de omnibus quoq; magiſtratibus dictum eſſe exiſtimare debemus. Plurimum in re publica adminiſtranda valet magiſtratꝰ: maxima in rebus obeundis eſt magiſtratus authoritas. quod in oculo pupilla: in naui gubernator: in quadrigis auriga: hoc in ciuitate pollet magiſtratus: quemadmodum oculorum acies ſine pupilla hebetatur: ſine gubernatore nauis periclitatur: ſine auriga currus ſepe conuertitur. Ita ſine magiſtratibꝰ ciuitas labaſcit atq; vacillat. Quid enim aliud ſignificat magiſtratus: q̃ rectorem ac reipublice moderatorem? Vnde a magiſtrãdo id eſt moderando magiſtratus nomen ipſum deriuatur. Et quemadmodum magiſtratibus leges: ita populo præſunt magiſtratꝰ. Et quemadmodum legem dicimus mutum eſſe magiſtratum: ita elegãter & vere dici poteſt magiſtratum legem eſſe loquentem. Vos ergo Tribuni qui magiſtratus eſtis & quidem ſacroſancti: rebus moderandis incumbite: publica cõmoda pro virili portione fouete: & quod rectum erit id ſolum vtile exiſtimatote: & quod iureiurando aſtricti facturos vos eſſe promittitis: id rebus comprobate. Imprimiſq; diuina illa Catonis cenſorii verba ſemper in memoria atq; in pectore habetote. Si quid vos per laborem recte feceritis labor ille a vobis cito recedet: bene factum a vobis dum viuetis non abſcedet. Sed ſi quid per voluptatem nequiter feceritis: voluptas cito abibit: nequiter factum illud apud vos ſemper remanebit. Ita Tribuni ad bene faciendum mentem/ſtudium/operam/induſtriam applicantes: vobis honori: amicis ornamento reipublicæ vtilitati: & poſteris exemplo eſſe poteritis. Dixi.

196

**Ad illuſtriſſimū principē Ludouicū Sportiā Phi. Bero. Epiſtoliū.**

QVemadmodū Partorum regem nemo ſine numere ſalutat: ita ego te illuſtriſſime princeps ſalutaturus attuli tibi pro munuſculo panegyricū quē leta fronte/ac hilari vultu accipias queſo. Non enim minꝰ regia res eſt pauca benigne accomiter accipere: q̃ magna largiri. Multa ideo p̄cioſa exiſtimātur: quia dijs īmortalibus ſunt dicata. Libellꝰ hic ad famā fortaſſe perueniet: quia tuū clariſſimum nomen geſtat in titulo: cū alioquin ſubire poſſet infamiam. quicq̄d id eſt qualecūq; eſt boni cōſulito: et cū ocioſus eris ac feriatus ab occupationibus rerū ampliſſimarū: quibꝰ iugiter diſtineris: tūc in manus accipito: & ſucciſiuis temporibus perlegito. In ſumma cū nihil agere voles: hoc agito. Dii faxint vt iſtud ſit perpetuū pignus ac monumētum meę erga te fidei ac obſeruantię. Vale et me qui tibi mancipatus ſum in clientelam aſcribito.

Philippi Beroaldi Panegyricus ad illuſtriſſimum principem Ludouicum Sphortiam.

SAepe numero ipſe mecū dubitaui illuſtriſſime princeps Ludouice Sportia vtrū ne fortuito ac caſu principes terris darētur. an ab omni potentiſſimo rerū omniū cōditore deo; traderentur. Sed hęc omnis iam ex animo ſublata dubitatio eſt: poſtq̃ tu inclytiſſimi ducatus Mediolanēſis habenas gubernare cœpiſti. Liquet em̄ te principē diuinitꝰ cōſtitutum. Tu ab ipſo deo repertus electus atq; miſſus eſſe videris ad hoc ampliſſimū imperiū moderandū. qđ aliquādiu rectore viduatū labaſſe atq; titubaſſe accepimꝰ: ſicuti cymba ſine gubernatore a procelloſa tempeſtate depræhēſa inter fluctus vndabūdos agitatur. Deus itaq; cum labanti ac nutabūdo inſubrium ſtatui ſubuenire ac opitulari vellet: te vnū ex omnibꝰ potiſſimum delegit: qui tua ſingulari virtute fulcires titubātia: recreares afflicta: ſedares tumultuoſa: qui deniq; cuncta redigeres ad trāquillitatē. Non poterat mediuſfidius illuſtriſſimus dux ad huc pupillus/adhuc puer tutorem proximiorem: ſanctiorē: cordatioréq; viq̃ reperire q̃ Ludouicum Sportiam: qui cōſanguinitatis gradu arctiſſimo cōiunctiſſimus eſt: vtpote germanus ipſius genitoris: qui probitate/ innocentia /integritate nulli principum poſtponendus eſt: qui prudentia/ſolertiaq; tanta ſplendeſcit: vt cordatꝰ merito cognominari poſſit: hæc ſummatim & in tranſcurſu magis ſignata q̃ dicta latius iam explicanda ſunt/& copioſius narranda: quod vt commodius/luculentiuſq; perficere poſſim: vellem mihi a diis immortalibꝰ dari fluuium Tullianæ eloquētiæ: & torrentē Demoſthenis facundiam. Grādes em̄ materias ingenia parua nō ſufferūt: & in ipo conatu

ſubinde ſuccũbunt:grandis ĩmo ingens hęc eſt materia quam aggre
dior. Ingeniũ mihi perq̃ mediocre:nec inſitior vires tenuiſſimę. Sed
in magnis voluiſſe abunde magnificũ ac pulchrum exiſtimat̃:etiã ſi
aſſequi nequiueris:proinde hoc nos auſos eſſe non improbabis illu=
ſtriſſime princeps etiam ſi vires ipſę defecerint. Cęterũ nõ auſpicabi=
mur laudes tuas a cunabulis ipſiſq; crepũdijs:ſicut nõnulli laudato=
res factitare cõſueuerũt:non ſtẽmata generoſiſſimę familię recenſebi
mus:de qua melius eſt tacere q̃ pauca dicere:non fortunas luculẽtiſſi
mas:neq; eximias corporis dotes referem⁹: quæ neq; tu magni facis
neq; inter principes ſolus poſſides. nihil niſi propriũ/ niſi genuinum
niſi tuũ laudabimus illuſtriſſime princeps hoc eſt ſolas ipſi⁹ animi tui
dotes:quæ in homine ſunt bona principalia cõmemorabimus. Nam
diuitias:generoſitatẽ.humores:formoſitatẽ:vires:hoc eſt fortunę &
corporis bona magis circa nos q̃ in nobis eſſe ſcriptores idonei tra= Virtutu;
diderunt:& aliena bona nuncupant̃. Ipſas vero animi virtutes : quæ accumu=
neq; ab ætate mutabiles/neq; vllo infortunio caducæ.noſtra & vera latio.
bona nominare ſolemus :quę quidem dotes tanto precioſiores iudi=
cãtur :quãto maior eſt ille in quo eniteſcunt:quas in te optime prin=
ceps tanto ſplẽdidiores exiſtimamus :quãto tu inter reliquos princi
pes eniteſcis.quæ in præſentiarum mihi de laudibus tuis dicturienti
agminatim ſe ingerunt & cateruatim:ita quælibet feſtinabũda ſe of=
fert: vt a nobis in hoc panegyrico prima promatur :quæ res mediuſ=
fidius hæſitantẽ me fecit & cunctabundũ.Namq; ſi cœpero de prudẽ
tia tua ſingulari prędicare occurret iuſtitia : quę poſtponi gemebun=
da dolebit. Si dixero de fortitudine triſtabitur temperãtia. Si laudaue
ro liberalitatẽ frugalitas ipſa ſe cõtemni exiſtimabit. Si clęmentiam
extulero.ſeueritas indignabitur . Deniq; quãcũq; primam arripuero:
illi cęterę inuidebunt.ita enĩ in ſingulis virtutibus emines. quaſi reli=
quas non poſſideas.Ego tamẽ ꝑ virili parte ita cõtendam ac elabo= Prudẽtia
rabo:& tale temperamentũ adhibebo:vt ſingulis q̄d ſuun eſt tribuiſ
ſe videamur. Sed vnde prius ordiar q̃ a prudentia:quę(vt ſcribit pla
to)diuinitus cęterarũ virtutũ dux eſt: quę in te adeo fulget atq; ſplen
deſcit:vt neq; in Neſtore maior: neq; in Catone præſentior fuiſſe cre=
datur:prudẽtia cum omnes mortales:tum potiſſimum principes decet
qui hac duce nihil inſipienter. nihil temere in gubernandis ſubiectis
agere:neq; volunt:neq; poſſunt:prudentiam Solomon in parœmiis Parœmia
amicam vocandam eſſe pręcepit. Hec tibi eſt prudentiſſime princeps ẽ ꝓuerbiũ
amica peculiaris:hęc te dies:hęc te noctes fouet ac amplexatur:hanc
ne trãſuerſo quidẽm digito abs te digredi ſinis:hac aurigante habe=
nas iperij cõſultiſſime moderaris:hac duce cũcta prudẽtiſſime diſpo

Iuſtitia. nis. hac adiutrice nihil in te reprehenſibile conſpicitur. Prudētiæ germana iuſtitia te iugiter comitatur: ſine qua principes principum nomen amittunt: & in tyranni nomen deteſtabile tranſgrediuntur: quę ſi Ciceroni credimꝰ: omnium eſt domina: & regina virtutum: ad quā nos eſſe natos intelligere debemus: quę auro ꝓcioſior: vt inquit Plato iudicanda eſt. Quę ſuum cuiq; tribuit: alienum non inuadit & propria vtilitate neglecta: publicam vtilitatem fouet atq; tutatur. Cuiꝰ fruendæ cauſa videntur olim bene morati reges conſtituti. Tu vero iuſtiſſime princeps ius ſanctiſſime dicis. Et cuncta velut in librili perpendens oīm beniuolentiam promereris: audis deſideria cunctorum & tanq̄ alter Alexander ex duabus auribus: alterā accuſatori prębes alteram reo tradis. Te nulla largitio: nulla gratia: nulla cupiditas trāſuerſum trudit a recte cōſulendo recteq; iudicando. ad amuſſim ſingula penſitas: & cōtrouerſias omnis diligentiſſime componis: nullum a ſermone tuo triſtem diſcedere permittis: qđ olim Titum Veſpaſianū factitaſſe tradunt. Hæ ſunt partes regię: hæc ſunt munia Imperatoria Cōponere lites: decidere negotia: ſatiſfacere deſideriis mortalium citra odiū cuiuſpiam ac maliuolentiam. Sūma æquitate nec minori lenitate ius dixiſſe laudatur Auguſtus. Cuius veſtigia tu ęmulatus ſeueritati miſces comitatem: & quoddā ex vtroq; efficis ſaluberrimū temperamentū: habes horas quottidianas & ſtatas: quas audiendis cōtrouerſiis impēdere memoraris. quibus tam humili q̄ potenti: tā egeſtoſo q̄ luculento licet ad te adire deſideria expromere: & lites explicare: et profecto nihil præſtabilius eſſe poteſt: & potiſſimum in principe: q̄ habere tempora diſtincta: & horas negotioſas a feriatis ſequeſtratas: vt enim certus ſyderū curſus: ita certa vita hominū delectat: & principum pręſertim. Namq; inde efficitur: vt ciues ac ſubiecti minime totos dies conterant: dum colloquium principis aucupātur. Nouerunt tempora: nouerunt horas: horarumq; momēta: quibus poſſint apud te ſuas controuerſias enarrare & petitiones exponere. Cæterum cum principales virtutes ita intra ſe connexæ ſint: provt Philoſophi autumant vt inuicem nequeant diſſociari: ita in te prudentia: & iuſtitia in-

Fortitudo clytiſſime princeps effulgent: vt tamen & fortitudo / et temperantia non ſordeſcant: nam quanta fortitudine præditus eſſes in erumnis exanclandis haud dubie demōſtraſti. Etenim cum fortitudinis peculiare munus ſit toleranter calamitates perpeti: neq; rebus aduerſis ſuccumbere. Tu olim fulminibus fortunæ impotentis ſemiuſtulatus virum te fortiſſimum magnanimūq; præſtitiſti: Cum neq; fortunæ cederes: neq; afflictus iaceres: neq; in gurguſtio plorabundus ingemiſceres. Immo queādmodum nemo te vnq̄ in rebus ſecundis ſuperbū

ac inſolentem conſpicatus eſt: ita aduerſus nullus vnq̄ ſuccubuiſſe cognouit. Voluit mihi crede fortuna pauliſper tecum colluctari: vt ingenium tuum periclitaretur. Sicut enim ignis aurum probat: ita calamitas viros fortes explorat: & vt aduerſa ex ſecundis: ita ex aduerſis ſecunda noſcuntur. Cognitum in te eſt fortiſſime princeps Horatianum illud eulogium eſſe veriſſimum.

*Si fractus illabatur orbis*
*Iam pauidum ferient ruinæ.*

Quanta vero dij boni in Ludouico Sphortia temperātia moderatioq; floreſcit: qui in medijs delitijs collocatus: delitias nō amplexatur: qui inter ſexcenta milia voluptatum poſitus abſtinet a voluptatib⁹: qui inter incentiua libidinum inſtrumentaq; luxuriantis fortunæ. Caſtum agit principem & frugi. Tēperantia.

*Ardua res hæc eſt opibus non tradere mores:*
*Et cum tot crœſos viceris: eſſe Numam.*

❡ Curium atq; fabriciū duo Romanę frugalitatis exempla maiores noſtri laudibus extulerūt: q̄ paruo cōtenti vixerint. & frugaliſſimi inter romanos extiterint. Verum nulla vel minima laudatione illi mihi digni eſſe videntur: q in paupertate collocati egeſtoſis ſimiles viuere: & iubēte neceſſitate voluptates eliminare cogebātur. Sed da mihi aliquē Crœſo aut Midę diuitijs ęquiparandū: qui opibus affluens/ auro abūdās: q pollēs ac potēs frugaliter viuat: q abſtinentiā appetitionibus coercēdis adhibeat: q bellū titillātibus voluptatib⁹ indicat: illū deo ſimillimū iudicabo. adeo male cōueniunt/ maleq; coeūt virtus & voluptas: frugalitas & luxuria. Maxima eſt igit̄ in te hæc vel potius diuina virtus in ſūma peccandi licētia nō peccare: inter blandiſſimas ac illicibiles voluptates cohibere ſeipſum & appetitū obedientē efficere rationi. Quid ergo p̄ſtātius: q̄d admirabili⁹ excogitari pōt principe prudentiſſimo/ iuſtiſſimo/ fortiſſimo/ tēperatiſſimo? Quæ quidē virtutes cūctarū reginę virtutū in pauciſſimis principibus iugatæ cōſpiciūtur. Aliq̄s prudentia enituit: ſed iniuſtitia obſoleuit. Aliū fortitudo decorauit: ſed intemperantia ac libido dehoneſtauerūt. Deniq; nulli vel rari extiterūt: in q̄b⁹ quattuor iſtę virtutes ſimul eniteſcerēt. At qui nemo admiretur: ſi nūc prudentiā a iuſtitia: fortitudinē a temperātia. Aliāq; ab alia ita ſeiungā: quaſi poſſit quiſq̄ prudēs eſſe citra iuſtitiā: fortis citra tēperātiā: cū inter philoſophos & maxime ſtoicos cōſtet: qui vnā habuerit omnes habere. Et qui vna caruerit: omnib⁹ carere virtutibus. Alia eſt illa philoſophorū limata & nimis ſpinoſa ſubtilitas. Alia eſt ex cōmuni opinione ducta ſententia. Vt ergo vulgus ita nos hoc loco ſermocinamur: vt alios iuſtos: alios prudentes

198

eſſe dicamus:popularibuſq; verbis vtimur de populari opinione lo-
quētes. Sed vt ad te perfectiſſime princeps noſtra remigret oratio:ſi
cut quadriga illa virtutū principaliū te vehere ac geſtare exiſtimatur
qđ q̄ pauciſſimis dij dederūt/ita illæ quoq; virtutes:quæ minoris di-
cuntur te ornatū faciunt atq; mōſtrabilem. Clæmentia:liberalitas:in
dulgētia:affabilitas. Reliquæq; id genus: quæ principes amabiles ef
ficiunt atq; fauorabiles:quę populos reddūt fideles deuotos ac man
Clęmētia cipatos. Em̄uero clæmētia vt elegāter docet Flauius vobiſcus. Dos
prima eſt imperatorū/& nullū magis ex omnib⁹ (vt ſanctiſſime inqt
Seneca) q̄ regem & principē decet:hæc eſt illa virtus quā in Cęſare di
ctatore luculenti ſcriptores laudant & extollūt:qua principes omnes
exuperaſſe fertur. Vnde Cicero ad Cæſarē. Nulla inquit de virtutibus
tuis plurimis:nec gratior:nec admirabilior miſericordia ē: nihil pro
fecto laudabilius:nihil magno & pręclaro viro dignius placabilitate
atq; clęmētia. Nihil deniq; gratius eſſe pōt eo principe:qui talē ſe ciui
bus exhibeat quales ſibi deos eſſe vellet. Clæmētia regis (Vt ait Salo
mon) quaſi imber ſerotinus eſt. Clæmentia facit|vt princeps animus
ciuitatis:ciuitas corpus principis eſſe dicatur. Clæmentia facit vt tu
clæmētiſſime princeps certatim ameris ab omnib⁹: vt te ſit incolumi
vna mens omnib⁹. Clæmētię tuæ ac ciuilitatis multa & magna docu
menta præbuiſti. Clæmētia ita te gratum ac fauorabilem inſubribus
reddit:ſicut olim Auguſtū Romanis effecit. Tu natura beniuolentiſ
ſimus:tu indulgētiſſimus:tu deniq; optimus clęmentiā amplecteris:
quæ bonis principibus iucunda eſt. Crudelitatem deteſtaris qua ſan
guinarij tyranni ꝑ voluptate ferunt. Age vero q̄ munificus/q̄ libera
Liberali- lis erga om̄e hoim genus exiſtis. Quanta beneficētia:quāta benigni
tas. tate foues profeſſores artiū & ingenia litteratorū:nihil eſt me Hercu-
les in principe amabilius ipſa liberalitate:ſicuti nullum vitium tetri⁹
auaritia. A liberali principe cuncta bona ſperantur. ab auaro cuncta
mala timentur. Munificijs princeps charus eſt omnibus. Sordib⁹ &
deparcus inuiſus eſt omnib⁹:in omnes malus:in ſe peſſimus. At tu li
beraliſſime princeps & rei & famę bene conſulis tua munificentia. Lu
craris enim gloriā cum des pecuniā:& dando pecuniā teipſum ditas
cum id propriū principū eſſe dicatur:qđ dono dederunt iuxta illum
Rabirij poetę verſiculum. Hoc habeo quodcunq; dedi.
Amici. Optimi principis eſt nihil magis ſuū credere q̄ id qđ amicis cōdona
uit. Hæ ſunt certę diuitię:& extra fortunā collocatæ:hi ſunt theſauri:
quibus Cyrus ille clariſſimus gloriabať. Nam vt apud Zenophontē
ſcriptum eſt Theſauros ſibi cuſtodeſq; fidiſſimos parabat amicos:
quos diuites efficiebat. Iidem regis oculi:regis aurea dicebantur:qui

cuncta quæ videbant:cuncta quæ audiebant:quæ futura eſſent Cyro
conducibilia referebant.Multæ ſunt aures:multi ſunt oculi principis
munifici:qui quot amicos ſibi liberalitate cōparauit: totidē auribus
quæ audienda ſunt audit. Totidē oculis quæ videnda ſunt videt: vt
docet veriſſime Diony. Tu quoq; Cyro ſimillimus beneficentia mul
tas aures & multos oculos tibi cōparaſti:& quotidie nouos cōparas.
Tu amicos ditas:clientibus opitularis. Tu decus & præſidiū es erudi
torū:ac te tanq̄ ad anchorā hac tēpeſtate litterati decurrūt. Et pfecto
nihil melius agere poſſunt optimi principes: q̄ ſubleuare doctos fo-
uere eruditos:quorū ſcriptis īmortales efficiūtur. Quis em̄ noſcet cæ
ſarē immo cęſares q̄plurimos niſi Suetonius Tranquillus extitiſſet?
Quis Alexandrū Macedonē fuiſſe ſciret niſi Qu. Curtius & Pluthar-
cus illius geſta ſcribendo poſteris lactitanda reliquiſſent? Quis Sci-
pionē imo vero Scipiones? Quis. C. Pompeiū tribus fulgentē triū-
phis hac tēpeſtate cognoſceret? niſi Titus Liuius &. M. Tullius eorū
cōmendatores/laudatoreſq; fuiſſent. Deniq; Romanos/ Græcos/&
externos omnis nōne tenebrę occupaſſent:& ſitus obduxiſſet:niſi il
los luculenti ſcriptores in litteras retuliſſent? Bene igit̄ facis optime
princeps:qui litteratos amas:qui eruditis ſuffragaris:qui tibi cumu-
latiſſimā gratiā referre queunt:de te ſcribentes/ & tua præclara facino
ra celebrantes. Illud vero in te laudabile eſt:ꝙ inter tot curas: tot ne
gocia:tot domeſticas & externas rerū maximarū occupationes audi
re vis quotidie quippiam hiſtoricon ac memorabile. &. ſicut. C. Pom
peius & Cæſar Auguſtus inter bellicos tumultus non intermiſiſſe di
cuntur cōſuetudinē declamādi:ita tu inter multiplices curas nō inter
mittis ſtudia litterarū. cū negocijs ocium diuidis:& hiſtoricis lectitan
dis ſucciſiuas horas impendis:in quorū lectione tanq̄ in diuerſorio
ſuauiſſimo cōquieſcis. ita nullo tempore deſidiæ te dedis/ aut inertiæ
neq; vnq̄ marcore torpeſcis. Et certe vita bonorū principum:qualis
es tu:cœleſti naturę q̄ſimillima eſſe creditur. Vt em̄ indefeſſa vertigo
cœlum rotat: vt ſol & luna ſtare loco neſciunt:ita tu cōtinuatis nego
cijs ſemper irrequietus es/& ſemp exercit⁹. Semper habes qđ tractes:
qđ agas:qđ mediteris. Et cum ſit turpiſſimū viro primario:cuius tu-
telæ populi cōmiſſi ſunt:ſolidam dormire noctem: vt ab Homero ele
gantiſſime traditum eſt. Tu vigilantiſſimus es/ſomniq; parciſſimus.
Qualis Vticenſis Cato:qualis Brutus fuiſſe memorantur. Vigilas tu
de nocte:& cæteris dormientibus:ea quæ ad ſtatū publicum pertinēt
tūc optime ꝓuides:& ſolertiſſime penſitas. Vigilia & lucubratio prin
cipes decent ac rempublicā gubernātes. Nam ſomnus multus vt tra
dit Plato diuinitus:nec corpibus/nec animis:neq; reb⁹ oībus geren-

dis natura conducit:& haud dubie nemo dum dormit alicuius precij
eſt:non magis q̄ ſi non viueret:& vt cecinit optime Silius.
Turpe duci totam ſomno conſumere noctem.
¶ Inde parcus & breuis ſomnus in Traiano laudatur a Plynio. Sūt
hæc magna & admiranda in cæteris principibus. In te vero *illuſtriſſi*
me princeps:ſi cæteris virtutib⁹ tuis cōparentur:erūt mediocria. Lau
damus omnes tuā in colloquijs affabilitatē: in omnibus admittēdis
facilitatē:in negocijs cōponēdis dexteritatē. Et illam qua in primis
polles genuinā peculiarēq; facundiā:quæ omnia principes tutoreſq;
publici ſtatus: a ciuibus amari faciunt vltra priuatas neceſſitudines.
Laudat Cicero Pompeiū:ꝙ ad eū faciles aditus eſſent etiā priuatorꝝ.
Tu vero quib⁹ pręconijs laudari mereris mitiſſime princeps:q omni
bus etiā humillimis tā faciles aditus eſſe vis:vt qui dignitate princi-
pibus excellis:facilitate infimis par eſſe videaris. Et cū fœliciū pediſ
ſequa ſuperbia eſſe dicat̄:Tibi manſuetudo:tibi humanitas:tibi leni-
tas ancillari vident̄. Neq; te Moſes apud hebręos:neq; te Titus apud
Romanos comitate vincūt ac māſuetudine. Tu cūctos comiter exci
pis. Tu bonitate quadam genuina oīes tibi deuotiſſimos reddis ac
obnoxios. In ſumma agis pricipē ciuilem & bonū. qđ plauſibile:qđ
amabile:qđ fauorabile eſt. Nihil eſt eñ (vt inquit Cicero) tam popula
re:q̄ bonitas:nullus murus firmior:nulla arx validior eſſe poteſt ad
principes cuſtodiēdos:q̄ ſuorū ciuiū beniuolentia:hæc aūt cōciliatur
māſuetudine ac bonitate. Deteſtando eſt ꝑfecto Dionyſij tyrāni ſen-
tentia illa tyrānica adamantina vincula eſſe metū violentiā:claſſem:
& dena milia armatorū. immo beniuolētia/māſuetudo/gratia/affabi-
litas (vt Plutarchus ait) vincula ſunt adamantina:quibus principem
oportet eſſe ſeptū atq; ſtipatū:& cū bonus princeps amari malit q̄ *ti-*
*meri*:tu ꝓ virili parte cōtendis ac eniteris:vt amicis ſis iucundus:ciui
bus charus:apud oīes gratioſus & amabilis. Neq; tamē qđ plærūq;
fieri ſolet iſta tua īmodica ciuilitas te cōtemptibilē facit. īmo tanta au
ctoritate polles:tāta exiſtimatione decoraris:vt multa ꝑ te:nihil ſine
te in tota geratur Italia. Longū eſſet ac prope infinitū:ſi ſingula:quę
in te fulgent ornamēta virtutū minuatim ſingillatimq; recenſere vel
lemus. Magna inter te & reliquos principes differentia eſt. In illis vir
tutes ſi quæ ſunt:enormibus ſubinde vitijs obruūtur ac decolorātur
Tu vero quēadmodū fœcundus es virtutum:ita parcus es vitiorum
Non tu luxu ac intemperantia defluis:nō iracundia agitaris/nō cupi-
ditatibus diſtraheris:non affectionibus ancillaris:quibus rebus ob-
noxij ac mancipati principes eſſe conſuerunt:propterea ꝙ in licētia
magna peccandi cōſtituti ſeipſos cohibere nō poſſunt:& imperioſiſ-

ſimas appetitiones coercere. Vnde olim Aſcurra neſcio quo benedi ctum eſt. bonos principes in annulo poſſe perſcribi atq; depingi. Et Diocletianum dictitare ſolitum accepimus: nihil eſſe difficilius q̃ bñ imperare. Boni principes a Ioue imperium habere dicunt: mali vero minime. Pricipes boni in beniuolẽtia Iouis ſunt: mali vero nequaq̃. et hęc eſt Homerica ſententia. Cui dion pruſenſis aſtipulat: itaq; cũ tu Ludouice Sphortia inter bonos principes ſis optimus: inter optimos clariſſimus. Merito te a deo vtramũdano datum eſſe credimus & tibi verſiculum illum optime conuenire exiſtimamus.

Solus habes laudum quicquid poſſedimus omnes.

Ea in te abundant bonitatis & virtutis exempla: quæ ſequi cupiat vẽtura poſteritas. Apparent in te paterne virtutis expreſſa veſtigia patrem in filio recognoſcimus: & quemadmodum in iuuẽcis & equis genitorum virt⁹ ſubinde conſpicitur. ita in Ludouico Sphortia viua paternæ probitatis imago refulget: ita prorſus paternas virtutes effingit ac reprę ſentat: vt patris in filio ęquitas: ſenilis in iuuene prudentia conſpiciant: immo vt quæ ſentio eloquar filius in multis genitore maior exiſtit.

Egea ſic theſeus: ſic pelea vicit achilles:

Has tantas principis noſtri virtutes: ex quibus compactus ac cõglutinatus eſſe creditur: ornat & illuſtrat procera ſtatura: facies luculenta: os probum: frons verenda. & vultus amabilis: quæ et ſi ſunt corporis bona nõ animi: de quibus tantummodo me dicturum eſſe promiſi: tamen principi plurimum venerationis acquirere: & virtutes in principe gratiores efficere vidẽtur: quoniã (vt inquit Pacat⁹) virtuti addit forma ſuffragium. Et vt cecinit poeta.

Gratior eſt pulchro veniens in corpore virtus.

Solent qui Panegyricos ſcribunt deſtituti veris principum laudibus vanas laudationes comminiſci. Ego vero illuſtriſſime princeps ex tuis q̃plurimis virtutibus multas cogor præterire: ne in immenſum creſcat oratio. Citius enim mihi verba deeſſent: q̃ ſcribendi materia: Citius articuli digitorum ſcribendo laſſeſcerẽt: q̃ cuncta in te laudabilia perſcribere poſſem. Quocirca concludam deinceps orationẽ meam. Et epilogo relligioſo omnipotentiſſimũ rerũ omniũ conditorem deũ deprecabundus adorabo. Sũme & exuperãtiſſime mũdi opifex principio antiquior: fine diuturnior: cui⁹ nomẽ ineffabile eſt: & maieſtas innoĩabilis Te oro ac dep̃cor: vt Ludouicum Sphortiam principem optimũ ac irreprę hẽſibilem diutiſſime foueas ac tuearis: vt ei annos nęſtoreos largiaris: vt ei⁹ votis ãnuas



200

vt eum beneficijs tuis cumules: omẽs illuſtres. Tu veto optime princeps perge quo cœpiſti nitere ſemper ad optima. Eſto tibi ipſe archetypon & exemplar: teipſum imitare: ita ciues tuos ex malis bonos: ex bonis optimos efficies. Nam vita principũ cenſura eſt: & qualis princeps: tales reliqui ciues eſſe ſolent qui ad illius exemplũ cõponũtur: ita apud mortales immortalem tibi famam comparabis: & poſt obitũ in cælo inter beatorum domicilia locum ſortieris. Vbi beatiſſimus æuo ſempiterno perfruaris.

Ad eundem eiuſdem Epigramma.

Heſperios inter ductores inclyte princeps
Principe quo ſtatus hic ſoſpite: ſoſpes erit.
Imperij columen rerum tutela saluſq;
Eximia proauos qui probitate refers.
Suſcipe pacata deuotum fronte clientem.
Mancipiumq; recens: Seruitiumq; foue.
Sunt tibi complures ex omni parte diſerti
Eſt tibi pierius turba verenda chorus
Inter quos cupio numerari maxime princeps
Inter quos vnum da mihi quæſo locum.
Non erimus certe indecores: nec ruſtica noſtra eſt
Calliope: & nobis dexter Apollo fauet.
Accipe ſinceri munuſcula parua Philippi.
Inſpice ſi quid ineſt quod placuiſſe queat.
Poſt lites & poſt deciſa negotia rerum
Poſt bene formatum compoſitumq; ſtatum:
Tunc liber vacuuſq; meum percurre libellum.
Atq; hylari nugas perlege fronte meas.
Seſquihoram ſcriptis noſtris impende: Sed hora
Sufficit. hoc nimium eſt: ſubtrahe dimidium.
Vix legere incipies ſuccincti ſcripta libelli
Pagina principium prima modumq; dabit.
Iamq; vale: viuaſq; diu mitiſſime princeps.
Et ſuperes phrygios neſtoreoſq; dies.
Dii tibi dent quodcũq; cupis/quodcũq; mereris.
Dii mihi dent cupias: vt meminiſſe mei.

Seſqhorã. i. horã cum dimidiata.

Ad magnificũ & ornatiſſimũ virũ Bartholomeũ chalcũ Ducalẽ Secretariũ Philippi Beroaldi Bononieſis Epiſtola.

OPuſculũ de nuptijs Bentiuolorũ: quod nup excudi tibi vir præſtãtiſſime dicare cõſtitui: quẽ non ſolũ ſtudiorũ: ſʒ etiã ſtudioſorũ amantiſſimũ cognoui: q me iſtic ociantẽ ſũma

tibi beniuolētia copulaſti:ad quē tanq̄ ad anchorā litterati decurrūt & quia vt eſt in veteri prouerbio Docti doctos amāt tu eruditus eruditos foues/& de litteratis litterat⁹ optime mereris. Te ob ſingulares tuas virtutes illuſtriſſimi prīcipes tui auriculariū a ſecretis & omniū arcanorum participem eſſe voluerūt. Te ordini ſcribarum ornatiſſimo præfecerunt:tu archigrāmatheus nuncuparis. Accipe igitur vir clariſſime eo vultu libellū nuptialē quo nuptiales voluptates ſpectare ſolem⁹.& ſi ſcio quoſdā obtrectatores caprata frōte hæc eſſe lecturos:quibus nihil placet niſi triuiale:quibus ita reſpondere iure optimo poſſum. Significatiſſimis vocabulis cūcta pro virili parte enarrare cōtendimus & verba reb⁹ accōmodare:quę rerū cauſa inuēta fuerunt:quę ſi vobis ſubobſcura vidētur nō eſt hæc mea ſed veſtra culpa qui nihil vnq̄ luculentū nihil niſi protritum lectitatis : qui duob⁹ tribuſue ad ſummū libellis cōtenti reliquos ſcriptores nō attingitis/ & nihil latinū eſſe creditis niſi q̄d in veſtris vulgatiſſimis voluminib⁹ didiciſtis. At nos latine ſcribim⁹ & verba ex latiniſſimis ſcriptorib⁹ ſumpta depromim⁹. Nolite edētuli inuidere dētatis:nolite oculatos talpę cōtemnere.ꝙ cęcus lucē nō videt nō eſt vitiū ſolis ſed oculorū:ꝙ vos ſcripta noſtra nō intelligitis & ob idipſum culpatis non eſt ſcriptoris vitiū ſed lectoris. Neq; nos Tharentinis & Cōſentinis ſcribimus(vt ait Lucillus)ſed eruditis:quorū iudicio cōtentus quid de me imperitorū rumuſculi iactitēt floccipēdo. Et vt inquit epigrāmaticus poeta. Me raris iuuat aurib⁹ placere. me ſcriptio non triualis ſed erudita delectat:quę neq; per periodos/neq; per longos verborū ambitus:ſed verbis ſignificātib⁹ & proprijs cūcta exprimat ac effingat. Hęc obiter dicta ſint aduerſus vitupatores q̄ obtrectatione alienæ ſciētiæ ſibi famā aucupantur. Tu vero vir præſtātiſſime cū facultas tibi dabitur paulū reſpirandi ab occupationibus quibus iugiter diſtineris:libellū a Philippo tuo concinatū in manum ſumito:& vbi ſumpſeris perlegito:& vbi perlegeris iudicato vtrū in publicum ꝓdire mereatur an potius(q̄d timeo)ſit futurus pabulū tinearū. Vale decus meum & me qui tibi mancipatus ſum mutuo dilige.

Quot celebrata fuit genialis pompa diebus.
Per totidem ſcripta eſt hęc mihi pompa dies.

Philippi Beroaldi Bononiēſis nuptiæ Bentiuolorū.

GEntem Bentiuolorū multos iam annos Bononiæ florentiſſimā/honoratiſſimāq; fuiſſe adeo notū eſt vt res probatione non egeat. in qua multi inſignes clariq; homines extiterunt:quorū multa ęgregia merita in rem publicā Bononienſem quotidie cōmemorant:ſed omniū clariſſimus ętatis noſtræ vir extat

Ioannes Bentiuolus: familię illuſtrator: patrię ſplendor: ciuium cō-
lumē: domi foriſq; fauorabilis: cunctis Italię principibus aut amici
tia/aut affinitate copulatus: in quo deniq; omnia ſunt quæ aut fortu
na hominibus/aut natura largiūtur. Is nuptias filii primogeniti Hā
nibalis celebraturus: vt eſſent omnium nuptiarum Magnificentiſſi-
mę: eas per æſtiuum tempus vtpote cōmodius conficere decreuerat.
ſed Hercules eſtenſis Ferrariæ Dux illuſtriſſimus cum filiam Lucre-
tiam Hannibali deſpōſatam iam nubilem ac viro maturā eſſe vide-
ret cūq; peregrinationem religioſiſſimam extra Italiam pararet vt
nuptiæ maturarentur inſtabat & omnem procraſtinationē detrimē-
toſam eſſe aſſeuerabat. Quāobrem princeps Bentiuolus cōſiliū mu
tat & ex conſoceri ſententia nuptialem feſtiuitatē diebus brumalib[9]
parat q̄uis non pauca dehortarentur: & in primis feſtinatio magnis
apparatib[9] ſemper infenſa. Verum multa quæ impedita natura ſunt
conſilio expediūtur: & ſummæ virtuti/ſummęq; fortunæ nihil factu
difficile eſt. Igitur indicto per præconem publicitus die nuptiarum
qui dies erat futurus ad quintum kalen. Februarij ea Bētiuolus intra
dimeſtre ſpacium factitauit: quæ princeps alius annuo tempore face
re nequiuiſſet. Quę omnia ſpeciatim/generatimq; explicare pro viri
li parte conabimur. Primū omniū forum qđ ante Bētiuolorū ædes
erat perq̄ anguſtum vt laxius fieret: proximas domos a poſſeſſori-
bus emit/emptaſq; demolitur: idq; ſpacijs temporum iniquis exclu-
ſus cū ſylice ſternere non poſſet aſſeribus contabulat. Iubet & operi-
mentū laneum per ſarcinatores concinnari ad forum contegendum
vt ſub eo nuptiales lux[9] ſpectatores ſalubrius/ocioſiuſq; cōtempla-
rentur. Idem domū quæ alioquin pulcherrima eſt & cū laudatiſſimis
totius Italiæ domibus certat magnifice exornat: parietes oēs intrin

Inducto. ſecus inducto tectorio nouo leuigantur: columnę q̄ in periſtyllo ſtria
tæ ſunt marmoreis ſimillimæ efficiūtur: feneſtræ mutuli ſuper limia-
riaq; oſtiorum tota inaurantur. Quæ imperfecta ſunt abſoluuntur:
Squalentia reconcinnātur: vbiq; pictor/vbiq; materiarius/vbiq; ar-
chitectus cōſpiciuntur. Feruet per totas Bentiuolorum ædes appa-
tus nuptialis: conclauia oīa atq; cubicula tapetibus ſtragulaq; veſte
conſternuntur: ornatur & lectus genialis in thalamo ſponſi magnifi
centiſſime. Dij boni qualis ille q̄q; pręclarus apparatus quo exorna
tum eſt cubiculum principi Ferrarienſi deſtinatum: Hic conopea au
rea. Lodices regales conchiliata periſtromata viſentium oculos paſ
cebāt gratiſſimo ſpectaculo. Ipſum vero Triclinium in quo fieri de
bebat nuptiale conuiuium reliqua antecellit ornamenta: hic toti pa-
rietes belluatis parapetaſmatibus veſtiuntur: ſupra peripetaſmata

coronamenta miro artificio concinnata diſponuntur: in quibus in ſignia Italicorũ principum ſummo cum decore incluſa videbantur In eodem cænaculo tabulatum fit paulum accliue tapetibus ſtratis opertum: vbi principes proceresq; illuſtriores vna cũ ſponſa diſcũberent. Erigitur & Abacus in quo vaſa aurea & argentea varij generis precioſiſſima exponũtur: hic potoria gemmata: hic lances ex argento quinquagenarię: hic eſcaria ex auro cum emblematis faberrime celata. hic quicquid vaſculariorum ac celatorum probatiſſimorũ arte perfectum eſt eſſe diceres: adeo vt mentoris manu cuncta fabrefacta viderentur. Huic abaco appoſiti erant cuſtodes duo ad hominum effugiẽ formati: alter claua/alter falcato enſe propinquantibus minitabantur: hunc macheroforum ilium corynephotum nõ indocte nuncupaueris. fulgore huius Abaci reliquus perſtringebatur ornatus: quem ornamenti cauſa magis q̃ vſu: effecerant: namq; in alia domus parte alter erat Abacus concinnatus in quo conuiualia vaſa innumera erant collata: quorum vſus erat futurus ad coepulones accipiendos. Dum hæc intra ædes ſtrennue properantur forinſecus non minora efficiuntur: nam a domo principis Bentiuoli ad portã vſq; galeriam quã vocant: ꝙ illac ventura erat ſponſa: multiplici ornamentorum genere cuncta condecorantur. Domus ſenio collabẽtes reficiũtur: parietes ad libellam reformantur. columnę lapideę ad perpendiculũ exigũtur: ciues ipſi per eum vicum certatim ornamenta parare. ſub dio ſub porticibus per intercolumnia coronas ex herbis virentibus cõſertas ſuſpendere: veſtibula ædium myrtho/lauro/hederaq; veſtire. Multa topiarii operis egregia coronamenta cõficere: in quibꝰ inſignia Bẽtiuolorum incluſa cum venuſtate viſebant: diceres oſtiatim celebrari nuptialem feſtiuitatem. Deniq; in hac ciuitatis regione nõ brumalis rigor: ſed verna tẽperies videri: hic buxꝰ hic iuniperꝰ vireſcere: hic multiiuga ſpecies herbeſcentis viriditatis. Totum iter florulẽtum ad viridarii cõſiti ſpecimen gratiam viroris recẽtiſſimi prę ſe ferebat: vt nõ ſolum peregrini: ſed etiã noſtrates admirarentur cõtemplantes tantam alieno tempore copiam viridiorũ Præterea Bentiuolus machinatores opimos & topiarios artifices probatiſſimos acciri iubet: qui ſolertia quadam genuina miroq; artificio præditi noui generis ornamenta excogitarunt: ex quibꝰ vnꝰ nomine Zephirannus: qui non minus facetus eſt ſcurra q̃ artifex ingenioſus: ſeptem portas ligneas affabre cõfecit quæ picturatæ & fructicibꝰ/herbiſq; viridantibꝰ decoratę exornabãt viã nuptialẽ iter uall' ꝓpe paribꝰ iter ſe diſtãtes ad imaginẽ portarũ vrbicarũ: niſi qđ catharactas nõ habebãt: ſed illa q̃ ædibꝰ Bentiuolis erat ꝓxima reli

quas decore vincebat: in qua ſimulacrum Herculis cum leone con-
gredientis viſebatur aſpectu truci formidãdi. viſebatur & e regione
altera Herculis effigies repulleſcentis hydræ capita amputãtis. Cæ-
terum cũ nihil in omni vita pulchriꝰ ſit ordine: ſine quo nec militarẽ
diſciplinã imperatores valent explicare: nec gubernatores regere na
uigia: Bentiuolus vt oĩa ſint diſpoſitiſſima procurat. Nã homines
idoneos deligit inter quos diſpertita ſint officia nuptialia ne quid tu
multuoſæ perturbationis oriatur. hũc lectiſterniatorẽ eſſe iubet: iliũ
obſonatorem: hunc prꝑfectũ popinarũ: illum bellatorium. alius pro
mus: alius cõdus deſignatur: eſt qui procurator peni cõſtituatur: eſt
qui cellæ vinariæ præficiatur: ita vnuſquiſq; curando qđ ſuũ eſt alie-
na nõ turbat. In primis iuuenes numero ſex & vigiti ex nobiliotibꝰ

**Archi-poſiæ.**

ditioribuſq; noſtræ ciuitatis deliguntur qui ſint architriclini ſiue Ar-
chipoſias dicere malis: quos vulgus Seſcalcos appellat. Vtendum
eſt enim popularibus verbis ad rem popularem declarãdam. Ex his
ſinguli ſenos miniſtros eligere iubẽtur: quoꝝ opera naua & ſtrẽnua
in cõuiuiis nuptialibus vtãtur. Ex hoc architriclinorũ ordine nullus
fuit qui nõ impendia prope regalia fecerit & immẽſas pecuniarũ ſum
mas profuderit: dũ ſe quiſq; ſuoſq; miniſtros nuptialibus veſtimen
tis exornat. Deſignant & ſex alij architriclini maiores qui dicuntur
oẽs fere ex ordine ſenatorio: prꝑterea adoleſcentuli octo luculenti
ſummoq; genere nati euocantur: quibus iniunctum eſt vt ſpõſam in
troeuntem a porta domũ vſq; deducant inſtar ſtipulatorum: quos
priſci Laterones nuncuparunt. Et quoniã aduenarum ad nuptias ce
lebrãdas vẽturorũ innumera multitudo expectabatur: ordinat Bẽ-
tiuolus vt oẽs honorificentiſſime/cõmodiſſimeq; accipiantur. In
domibus ciuium ornatioribus hoſpitia magnificẽtiſſime parantur:
et pro diuerſorij amplitudine alij plures: alij pauciores aſſignantur.
Iam cũcta apparatus nuptialis diligentiſſime comparauerat. Iã ap-
petebat condictus dies feſtiuitatis: cum ſponſus ad cõiugale fœdus
cum ſponſa ineũdum Ferrariam proficiſcitur comitatu prope regio
decoratus. Ducenti ferme euntem proſequũtur inter quos ſupra vi-
ginti haut dubie nobiliſſimi & ipſius ſpõſi frater minor natu protho
notarius. Nos quoq; diſcipulum officij cauſa ſummus proſecuti:
omnes magnificentiſſime accipimur a principe Ferrarienſi: ibiq; bi
duum cõmoramur donec celebrentur ex ritu fœdera nuptialia & an-
nulo pronubo digitum ſponſæ ſponſus oppigneret: amboq; ſacer-
doti a paranymphis offerãtur: quibus rite peractis domutionem ca
peſſimus: aliquot ex primoribus cum prothonotario relictis ad ſpõ
ſam proſequẽdam. Cum genero ſocer aulicię interiores nauem cõ-

ſcendunt noctecꝫ intempeſta appellunt ad prętorium Bentiuolũ:qđ
vocant:qđ magnificentiſſimum/pulcherrimũcꝫ in agro Bononien
ſi princeps Bentiuolus extruxit:diſtatcꝫ ab vrbe millibus paſſuũ de
cem. Poſtridie eius diei Bononiam ingredienti Herculi heſtẽſi obui
am it Bẽtiuolus comitante maxima caterua virorum ſplẽdidiſſimo
rum non ſolum noſtratium:ſed etiam externorum qui iam cõuene=
rant ad officium nuptiale. Illuxit demum dies nuptiis deſtinatꝰ: qui
imbribus fœdus. omẽs & potiſſimum Bentiuolum dolore confecit
ſecum reputantẽ: quãtos rerũ apparatus/quantamcꝫ nuptialẽ pom
pam eſſet imber ille deturbaturus:Omnes deprecabundi deum om=
nipotentiſſimũ orare vt tantiſper pluuia cohiberetur donec introitꝰ
ſponſę in vrbem põpaticus peragetur. Verum in exorabile eſt fa=
tũ & inuidenti fortunæ repugnare non licuit nolenti vt ex omĩ par=
te beatas nuptias videremꝰ & lactiſſima voluptate permulceremur
Iam aderat hora condicta qua obuiam cũcti prodire cœperũt ſpõſę
veniẽti ex prętorio Bentiuolo:vbi noctem vnam cõmorata feſtina
bunda peruenerat ad villam ſuburbanã:ibicꝫ ſubſtiterat obuios ad=
uentantes operiẽs. Omnis ętas ſexus ordo viam galeriam agmina=
tim cõpleuerant ſtudio viſendi exoptatiſſimã ſponſam ſpõſæcꝫ ap=
paratum. Vix locus q̃uis latus & longꝰ capax erat tantæ multitudi=
nis cateruatim cõfluetis. Ciuitas omnis/peregrini omẽs/mira denſi=
tate cuncta ſtipauerãt. multi columnis implexi:non pauci e feneſtris
ſemi conſpicui/plęricꝫ ſub dio inter imbres proſpectabant: tanta eſt
mortalibus inſita cupiditas nouitatis. Gliſcente in horas pluuia nul
lamcꝫ pauſam faciente:Bentiuolus hanc ſibi curam ſumit vt cuncti
ordine & ſine tumultu pompaliter incedant. Lõgum eſſet referre ſigil
latim quo ordine principes/oratoreſcꝫ principũ inceſſerint : ſumma
tim exponã illuſtriora ac ſplendidiora. Principes Italici partim ip=
ſi venerãt : partim vicarios miſerãt ad nuptias illuſtrãdas :qui omẽs
in ſuis quiſcꝫ ordinibus collocati ingrediebantur. Intereũdũ inſpe=
ctione digni potiſſimũ fuere equeſtres lancearij principis Mantuani
qui turcharũ habitu ingredientes ritu militari lanceas manu recipro Sariſſo=
cabãt:tales macedonũ haſtatos fuiſſe crediderim quos Sariſſopho phori.
ros appellitabant:hos vulgus corrupto paulũ vocabulo Stradioti Stratio=
cos appellat cũ ſtratioticos græcanica dictione nũcupare debuiſſet: tici.
hos ſequebãtur Hipotoxotæ:q̃ ſunt ex equis ſagittarij induti praſi=
nos amictꝰ:architriclini architriclinorũcꝫ pediſſequi ordine inceſſe=
runt. Vidimus hac pompa nymphas ritu amazonio obequitãtes: q̃
ſublimatæ in equo non ſedebant : ſed ſtabant. Vidimus Gigantem
ſtaturoſam obambulantem. quã ars emula naturæ ſimillimã veræ ef

figiauit. Vidimus gralatorē in longurijs paſſus grandiſſimos diuari
cantem. Audiuimus ſonitū tintinabulorū/crepitū ſclopūqꝫ tormē=
torū bellicorū: quibus cuncta perſonabāt. Pręterea ibat ordo tibici
num/tubicinūqꝫ populoſus adeo vt clangore tubarum/ac ſtridore li
tuorum cœlū reboaret aureſqꝫ audientiū obſurdeſcerent. Poſt lōgū
pompę ordinem incedit nouiſſimo loco noua nupta ſedens in equo
cādidiſſimo atqꝫ pulcherrimo: qui ephippiis aureis præfulgens pha
leriſqꝫ precioſis ornatꝰ tollutim gradiebat: quales Priſci tollutarios
Tolluta= aſturcones magnoſqꝫ vocitarunt. hunc gradarium equū ſponſæ ad=
rij. duxerant octo illi adoleſcentuli qui munia obibant ſtipatorum: qui
veſtes breuiores induti argēto textili cōfectas per imbrem/lutumqꝫ
ſponſam cōſtipabant: ex quibus aliquot vniones/gemmaſqꝫ in cal
ciamentis geſtare cōſpeximꝰ. Cantata ſunt carmina ſponſa trāſeū=
te partim latino: partim vernaculo ſermone cōpoſita in ſingulis illis
ſeptē portis: quas tēporarias ex ligno frondibuſqꝫ virentibus a Ze=
phirano ſcurra fabricatas ſupra docuimꝰ: quę ſingulę ſub tutela vir=
tutum ſingularum erāt cōſecratæ: ex quibꝰ quattuor philoſophicas:
tres theologicas appellant. Cōſtat inter om̄es ſpectatores nihil fieri
potuiſſe ſplendidius hac pōpa nuptiali: niſi pluuia cōtinens ac iugis
obſtitiſſet: quę effecit vt nemo veſtes precioſas oſtētaret vt oēs ince
derent penulati/pileatiqꝫ. Rimata eſt hoc inuidia telum quo nuptias
Petroniꝰ diſturbaret. Nā perdius & pernox imber diem etiā poſterū ex magna
parte fœdauit: quæ res impedimēto fuit quo minus ſponſa ex cōſti=
tuto ædem diui Petronij pompabiliter adiret: quē Bononienſes deū
tutelarem venerantur. Cęterū non ſemper habet fortuna longas ma
nus & interdum aduerſa ratione ſuperant: nam princeps Bentiuolꝰ
vt ſemper eſt prę ſentiſſimo cōſilio viam inuenit qua intra priuatos
parietes oſtētaret principibus cūctiſqꝫ pceribus magnificentiā appa
ratus nuptialis. Cōgregatis in cęnaculo oībus illuſtrioribꝰ ex thala=
mo geniali ſponſa progreditur vētura in cetum principū auguſtiſſi=
mum antecedentibus miniſtris architriclinoꝝ numero cetū. lvj. qui
om̄es ſericati formoſum exhibuere ſpectaculū: alij purpureo: alij hia
cynthino: alij praſino colore mōſtrabiles: quorū erāt calciamēta cō=
ſimilia vtpote conſuta ad inſignia Bentiuolorū: ſed longe formoſiſ
mum ſpectaculū præbuere ipſi Architriclini togas ex argēto textili
talares induti exceptis duobus: qui ꝙ erant equeſtri dignitate deco=
rati aurea veſtimenta geſtabāt: hiqꝫ in nouiſſimo loco vtpote hono=
ratiores agmē claudebāt. In ſingulorū manibꝰ Scipiones erāt pictu
rati peculiaria ipſius architriclinjatꝰ inſignia. Ex his complures tor=
quati ſunt cōplecti torquibus aureis in ſummo pectore fulgentibus:

omnes ſtupere/oĩes admirari tantum rerũ fulgorẽ : tantas impẽſas quibus regia vectigalia vix ſufficere poſſent. Idem oĩbus ornatus idem veſtimenti genus: oĩes principatu digni videri: oĩes inceſſu maieſtatem quãdam prę ſe ferre. Et profecto cultus magnific⁹ addit hominib⁹ auctoritatem. Subſequebãtur reliqui ſex maiores architri clini virgas auratas manu ferentes: quorũ tres in veſtimẽtis aureis ꝓ fulgebant: duo cõcinnati: Sextus in argentea veſte ſplendeſcẽs. De inde incedit ſpoſa inceſſu matronali mũdo nuptiali decenter ornata quã oĩes fere noſtrę ciuitatis primarię matronę comitabãtur nõ ſo-lum formoſitate conſpicuę: ſed & veſtimẽtis radiãtibus monilibuſq; gemmoſis cõdecoratę: & mediuſfidius cult⁹ formã maximopere ve nuſtat. Ibi princeps Ferrarienſis natam oſculabundus amplectitur: ibi ex ritu chriſtianorum celebrantur diuina myſteria: epiſcopuſq; vt binas a pontifice maximo deſtinatus Diploma põtificale palã reci-tat: quo nouis maritis connubium fortunatũ auctoritate qua pollet in terris ampliſſima denũciat. Iam dies (vt inquit Plautus) ad vmbi licũ erat dimidiatus mortuus: iam prandẽdi tẽpus inſtabat. repente oĩes ſe accingere & ſua quiſq; munia diligẽter obire. Lectiſterniato res mẽſas apponere: oĩes ex ordine accubare. Princeps vna cũ ſpõ ſa in tribunali celſiores eminere. Optabat princeps Bẽtiuolus & eſſe et dici cõuiuator abſolutiſſimus. cupiebatq; iſtud nuptiale cõuiuium ſi fieri poſſet eſſe poſteris exemplũ: itaq; cum ſciret in rebus omnib⁹ domini plurimum pollere pręſentiam : & frontẽ occipitio vt veteri adagio teſtatum eſt eſſe priorem: inſtituit nõ ſolum intereſſe : ſed etiã præeſſe pompæ conuiuali. Singulis menſis binos architriclinos aſſi gnat/eoſq; bifariam diuidit: vt alteris dapes integras inferẽtibus al-teri efferant iam ſemeſas: alteris ſcandẽtibus deſcẽdant alteri: viciſ-ſimq; laborent & quieſcãt. Ex hoc ordine effectum eſt vt pręter luxũ atq; opulentiã eſſet ordinatiſſimum cõpoſitiſſimũq; cõuiuium. Bẽti-uolus ipſe diſcurſare: ſatagere rebus omnibus pręſto eſſe: ipſe iubere oĩes iuſſa obediẽter exequi. adeo reuerentia rebus obeũdis efficax eſt. Dantur manibus aquæ odoratiſſimę ex aquiminariis argenteis: quæ gutturnia alio nomine guttiq; dicuntur: inferuntur ex ſaccario/ nucleiſq; pineis cõcinnata cibaria: inferũtur & panes dulciarii ſimul q; vinũ generoſiſſimũ: qđ priſci paſſum (vt opinor) neoterici malua ticũ appellãt: cui tãta auctoritas ineſt vt ſingulę ex eo potiões trĩmo do dẽt. In cęſaris dictatoris epulo q̃ttuor vini gña apposita cõſtat: idq; ꝑ lautiſſimo celebrat̃: at ĩ hoc ĩnumera exhibita fuerũt dulce: au ſterũ: tenue: firmũ. Ali⁹ cõuiua meracas potiones hauriebat: ali⁹ dilu tas: hunc ſuauia/illum ſubauſtera delectãt: pocillatores p̃ſto ſunt vt

Paſſum aliud eſt

Cyathiſſent epulonib⁹ prout ſingulorū ſtomach⁹ & guſt⁹ expoſcit Primis ferculis duobus aut ad ſummū tribus exempta eſt fames eſu rientium. Reliqua magnificētiæ cauſa ſunt illata: in quibus ſeruatū eſt vt altilia in ſingulis fere miſſibus menſe principiū viuentia impor tarētur. Vidimus porcellos gruntentes capreolos per tricliniū curſi tantes: hiſtrices aculeos ſubrigentes: vidimus paſtillos quos vocāt auiculas coquinatoria diſciplina in cōuiuio emittētes: quæ per cæna tionem volitantes effugiū quęritabāt. Vidimus inferri pauones flā miuomos plumis verſicoloribus veſtitos: oculoſq; gēmatis caudis rotantes. Illati ſunt & phaſiani cū pennis: cuniculi/lepuſculiq; cū pel libus: quæ oīa oblectamēto fuere pranſorib⁹. Illata ſunt & ſecūdæ menſæ bellaria: ex ſaccaro poma/nuceſq; oīs generis tāta arte cō fectæ vt a veris fructibus nō internoſcerētur. Quid teſtuacea ſcitiſſi mi ſaporis quid mellitiſſimas ex ſaccaro placentas? Quid tuceta p̄ cioſa? quid aſſatutas? quid cōdituras exoticas enumerē? Quid tra gemata cęnam ex more claudētia? quę ſermone vernaculo cōfectio nes nuncupant. Miſſus ferculorū circiter triginta fuerunt. Conuiuę ferme cēteni quinquageni diſcubuerūt. Structores adhibiti ſciētiſſi mi obſoniorū ſcindendorū in fruſtra nō enormia. Quis tantus inge nio: quis tāta facundia præditus vt verbis idoneis poſſet multiiugū minutatim explicare cōuiuiū? Legim⁹ in heliogabali cōuiuijs exhi bita fuiſſe ſupra. xx. fercula ingētium epularū. Legimus Antonij & Cleopatrę cęnas fuiſſe lautiſſimas: quas inimitabiles ipi nomiabāt. Legimus luxurioſiſſimas vitellij patinas Veri imperatoris cōuiuiū prętioſiſſimum: luxū Luculi nepotalē: ſaliorum dapes: pōtificū cę nas. Legimus & illas apud priſcos fuiſſe epulares cænas quas ſ lucule ti ſcriptores modo adiiciales: modo dubias: modo pollucibiles ap pellant: quę omnia epulū iſtud Bentiuolorū nuptiale aut æquat: aut antecedit: in quo oīa in argēto puro edulia illata fuerūt: qđ protra ctum eſt ab hora diei. xx. in horā noctis tertiā. & cū de die epulari cœ piſſent noctu electis triclinaribus ſurrexerunt: omnes fere poti diſtē ti oſcitantes ſimillimiq; hallucinantibus. ipſius cōuiuii magna pars ad funalia lychnoſq; penſiles acta. Sub crepuſculum veſpertinum cęrei ex alba cera vtpote precioſiore confecti accenduntur: quorum tanta erat vis & copia vt nocturnas tenebras flammis exuperarent. Duo præterea candelabra ingentis magnitudinis deargentata ex la quearibus auratis demiſſa pendebāt ſimillima lucernis priſcorū q̄s polymixos vocitarunt: in his lilia & flores artificio mœchanico concinnati viſebantur: qualia ornamenta fuiſſe legimus in cande labris Solomonicis. Erat præterea ignis intra candelabra furtim in

cluſus qui quaſi in radio diſcurrēs hora ſtata lampades & cereos infi
xos accendit: oīes mirabūdi ſuſpicere tā nobile cōmentū: laudare
tam fallacioſam machinationē: cōtemplari tā errabūdum igniculū
in cauo ędium ipſoq; veſtibulo nocturni luminis inſtrumēta globis
piceis referta collucebāt. cūctaq; illuminabāt. Finito cōuiuio remo
tiſq; menſis pauimēta verrūtur ſcopis deauratis. Sūt hęc friuola nec
inficior: ſed curioſitas nihil recuſat & ex friuolis plęrūq; grauiora pē
ſitamꝰ. Deinde ſalutatiōes choreęq; matronales exhibenť. Saltauit
& Ethruſca puellula exoſſam ſaltationē cū oīm qui aderant admira
tione Mox ſpelunca fictitia inſtar natiuæ ſiluoſæq; ſpelūcæ vna cō
monte ligneo repſit intra tricliniū: repſit & caſtelli ſimulachrum vna
cū turri nemine qui geſtaret apparēte. Intelleximus tūc illud epigrā
matici poetę carmē qđ prius ſubobſcurū nobis legētibꝰ erat. Repſe
rūt ſcopuli mirādaq; ſilua cucurrit. Ex his oībus paulatim nymphæ
progrediūtur ad effigiem dearū reformatæ. Credimus hoc Paridis
eſſe iudicium de tribꝰ deabus qm̄ Iuno & venus affuerunt. Sed loco
Mineruæ aderat Diana cū Nymphis : q̄ ſaltare fabulam cœperūt in
qua nympharū vna. tanq̄ trāſfuga ex caſtris Dianę cęlibis in caſtra
Iunonis que cōiugalibus vinculis p̄ſidet tranſmigrauit. Canticū ce
cinerūt pueri ſymphoniaci voce canora cōcinnentes: ad quorum ry
thmos nymphæ corpꝰ mouebāt dantes ſtaticulos ſaltatorios. Ma-
gna deniq; patre noctis trāſacta inter ludos cōuiuales cūcti cubitū fa
ceſſūt. Poſtridie eiꝰ diei aperiť cœlum ſerenum ac ſudum & ſol radio
ſus exoritur cūcta illuſtrans. Quocirca deſtinat princeps Bentiuolꝰ
vt ſpōſa ordīe pompatico ad templū diui Petronij religioſum profi
ciſcatur id qđ pridie facere nequerāt. Cōueniūt e veſtigio matronę
oēs: cōgregať omnis ordo noſtratiū: p̄ſto ſunt Architriclini veſtiū
argētearū fulgore cōſpicui cū populoſa miniſtrorum familia. Adſūt
principes ac proceres oēs in aula Bentiuola cōgregati. Incipiūt bi
ni terniq; procedere gradu lēto ac pompatico: ibāt ſinguli hoſpites
ſingulis ciuibus copulati: hac pōpa nihil pōpabiliꝰ: hoc ſpectaculo
nihil ſpecioſius excogitari cōtenderim. Via tota fulgebat ordīe ince
dentiū luminoſo: qui aut coccinati/aut argētati/aut aurati in inceſſu
videbātur: nullus ſine oloſerica veſte in ea pompa cōſpectus. Nam
Bononienſes & ſi ſemper alias veſtitu cultuq; elegantiſſimo fuere at
tamen id tēporis oēs vt nuptias exornarēt veſtimēta ſerica ac bō
bicina ꝑ facultatibꝰ cōfecerāt. Tāta aūt fuit pompæ incedētis mul-
titudo vt primi iam in foro viſerētur quādo nouiſſimi ex palatio Bē
tiuoloꝝ vix dum egrediebanť. Res erat nō minꝰ memoratu digna q̄
admiratiōe contēplari tot clariſſimos ꝓceres: tot illuſtriſſimos prin

cipes:tot ſummates matronas cocco argenteo auroq; fulgentes qui
ad deum ſalutandũ ſimul incedebãt. Quicquid vſq̃ ſpecioſi eſt: hic
eſſe videbatur. Aedes eſt diui Petronii in foro Bononienſi ampliſſi
ma: quæ & ſi latericia eſt: tamen ꝓpter venuſtatem atq; ſimetriã mar
moreis templis eſt ęquiparãda. Salutatis ex ritu chriſtianoꝝ religio

Repotia ĩ tẽpeſtiua.

ſiſſime numinibus/myſticiſq; canticis peractis eodem quo venerant
ordine ad ędes Bentiuolas reueniunt: ibi repotia ex more vetuſtiſſi
mo reparant: prandioq; lautiſſimo principes proceresq; cum matro
nis accipiũtur. Poſt prandium data ſunt oculoꝝ varia oblectamẽta
editum eſt & ſimulachrũ pugnæ gladiatoriæ. Nãq; in foro Bẽtiuolo
qđ aſſeribus pauimẽtatum eſſe docuimus adoleſcentuli noſtrates ad
quinquaginta edocti a magiſtro armorum peritiſſimo: quales apud
Romanos fuere laniſtę: digladiari inter ſe cœperũt: & nũc punctim
nunc cęſim ictus inferre: nũc illatos oculis vigilãtibus euitare modo
aſſultibus variis aduerſarios premere: modo preſſi retrocedere: deni
q; oĩes armorum tractãdoꝝ numeros ĩplere: Formoſum ſane belli
cũq; ſpectaculum: in quo manica ferrea in medio digladiantiũ collo
cata & circũ eam atrox certamen inter oĩes exortum: dum ſinguli ꝑ
viribus corripere cõtendunt. Victor ludicri certaminis pronũciatus
Nicolaus cognomento bazanus qui primus manicam ſuſtulit. Sub
eodem papilione quo forum Bentiuolum tegebatur ludus pilaris ce
lebratus non ſine maxima ſpectatorum voluptate deſtinati erant ad
pilę luſionem hincinde quinquageni iuuenes lacertoſi: valentiſſimi
q;. alteri amictu praſino cõſpicui: alteri hiacynthino: ita enĩ colores
appello: quos ſemidoctum vulgus viridem/cœleſtẽq; nũcupare cõ

Venetũ cę leſtẽ dicere potuit.

ſueuit. Alteri fortunam ducem ſequuntur. Alteri prudentiam vtraq;
pars ſuam inuocat ſuffragraticem: in medio follis pugillatorius ve
toſa granditate tumeſcẽs locatur quem calcibus pugniſq; incurſan
tes vtrinq; oĩibus viribus/neruiſq; contẽdũt vltra preſcriptos ad
uerſarioꝝ terminos eiaculari. Non ero in hoc ſpectaculo deſcribẽdo
prolixior: cũ paucis ante ãnis id ludicri genus in foro Bononiẽſi ex
hibitum copioſiſſime explicauerim in epiſtola ad Frãciſcum puteo
lanum pręceptorem meum ſcripta. Reliquum ante cœnam tẽpus ſal
tationibus & choreis impenſum. Poſt cœnam ingrediunt̃ perſonati
ſcęnico ornatu intra nem⁹ incluſi: qđ conſitum viretis & arbuſculis
nihil pene diſtabat a vero nemore. cupidinis ludicrum egerũt homi
nes feri ac ſiluatici clauam ligneam manu geſtantes inſtar Herculis
clauigeri. Cantata ſunt carmina argumento diſcurſibuſq; reciprocis
accõmodata. Ex his ven⁹ leonem cicurem exarmatumq; loro trahe
bat. Erat autem homo leonina pelle veſtitus tectuſq; adeo graphice

ac ſolerter:vt a neſcientibus verus leo crederetur. Exhibitus eſt & in ſaltatione monoceros fictitius. Sequēti die qui dies erat pridie calen. Februarij ſimulachrum pugnę bellicę in foro maximo editum eſt:ad quod ſpectandū anteq̄ iretur in aula Bentiuola Ientaculum regium/ dignūq; memoratu principibus matroniſq; exhibet:qđ inter cætera ſpectacula cū primis annumerari meretur. Nāq; per dulciarios artifices quos diu domi ob id ipſum habuerat princeps Bentiuolus cōcinnata ſunt ex ſaccario edulia varij generis: quæ intra tricliniū ex ordine illata cunctorū oculos ad talē inſpectionē cōuerterūt. Præcedebat carrus cupidinis triūphalis adamuſſim confectus:quem quattuor ex miniſtris baiulabant:ſubſequebant̄ ſimulachra oppidorū:imagines elephantorū effigies volucrū:ſpectabātur & naues cum armentis:inſignia principū & id genus q̄plurima:quę nemo a veris internoſcere poſſet:adeo ingenioſa eſt natura mortaliū ad cūcta quæ velit imitanda. Omnia hæc importata fuere magis viſui q̄ eſui accōmodata:magis oculos ſatiatura q̄ ſtomachum. Singula ſingulis dono data principibus. Eſculenta vero bellaria atq; tragemata omnis generis ꝑ Ientaculo inferūtur:quoꝝ magna pars in vulgus pro miſſilibus ſparſa. Cum omnes lautiſſime ientaſſent itum eſt agminatim ad haſticos ludos contemplandos:quos ſponſa cū omni comitatu matronali proſpectauit e ſpeculatorio:qđ decentiſſimum in palatio ſenatorio ob id ipſum fieri iuſſerat Minus roſcius id tēporis dictator homo oīum nobilium doctiſſimus omniū doctorum nobiliſſimus. Iam totus populus ac peregrini paſſim procurrentes forum compleuerant:& cuneos inſtar cuneorū theatralium e ligno fabricatos fartim conſtipauerant Multi cum periculo ſalutis culmina tectorum quibus forum cingitur conſcenderant ex imbricibus teguliſq; ſpeculaturi. Tres equitum turmæ totidemq; turmarum ductores apparatu magnifico ſpectabiles forū ingrediuntur. Ordo agminis turmatim euntis talis fuit. Primus Hannibal Bentiuolus equo inuehitur: quem antecedunt equi bellatores eximiæ magnitudinis aureis tegumentis velati. Circūſtant ſtipatores candidati tanq̄ petitores magiſtratuū romanorū. Turmales regali cultu procedūt:ipſe armatus fulget in equo. Arma radiantia aureo paludamento conteguntur: pompa prorſus regalis opulentiæ. Ex altera fori parte irrumpit Franciſcus princeps Mantuanus: qui incomparabili magnificentia omnium oculos in ſe ac ſuos conuertit. Præibant lancearij habitu thurcarum de quibus ante dictum eſt. Lancearios ſequebātur bipotoxatæ cum ſcorpionibus. equi duodecim ſine ſeſſoribus ingenti corporatura deducuntur operti velamētis:quæ auro erant purpuraq; diſtincta: quorum fulgore omnes fori

Monoceros vnicornis.

partes illuminabat:de quibus Vergilianum illud dici merito poterat.
Bello armantur equi bellum hæc armenta minantur.

¶Proximi ibant Doriphori vt ita appellem⁹ geſtatores haſtarũ bellicarũ. Ipſius vero principis cultus inter pcipua ſpectabatur. Namq; equo vectabatur exuperãtiſſimo vigore & inuſitata magnirudine & vectabaẽ paludatus aureo paludamẽto: ornatuq; haud diſpari ſuos exornauerat bellatores. præcurrebant ſpiculatores induti veſtimẽta precioſa vtpote dimidiata ex auro/dimidiata ex ſerico contexta. Nouiſſimo loco introceſſit Gibertus carpinas principis Bentiuoli gener & ipſe viſendo decore conſpicuus ornamentis equorũ/ equitũq; pſulgentib⁹. Venerũt & alij pro facultatib⁹ ornati:ſed ſuper oĩes Mãtuanus regulus exiſtimatus eſt illud decoraſſe ſpectaculũ:cuius manica paludamẽti carbũculis:hiacynthis:ſaphiris:& id genus gemmis precioſiſſimis onuſta preſtringebat acies oculorũ. Ordo haſttci certaminis erat talis. Duo cataphraſti e regione collocantur qui in equo ĩmobili ſedentes exciperẽt ictus incurſantiũ:quibus poſt horę ſpaciũ totidem recentes ſuccedere debebãt. Hæc bellicæ pugnę imago ex militari romanoꝝ diſciplina mihi tranſlata videẽ:apud quos tyrones exercebanẽ ad palũ. qui inſtar bellatoris immobilis excipiebat ictus cõgredientiũ. pugnatũ eſt horis amplius tribus continẽter:complures haſtæ & a bellatorib⁹ procurrẽtibus & a ſtatarijs fractę:cõplures ictus armiſoni vltro citroq; & illati & accepti foro clangẽtibus tubis reboante ſpectatoribuſq; plauſu & vociferatione fauentibus. Multorũ eo die viriliter dimicantiũ virtus ſpectata eſt:ſed in primis Hannibalis Bentiuoli:qui ante annos gerens robur animumq; virilem ſpecimen ampliſſimũ futurę virtutis oſtẽdit:quæ in pulchro atq; puerili corpore veniens gratior fauorabiliorq; eſſe conſueuit. Gaſpar Roberti ſancto|Seuerinatis fili⁹ paternæ virtutis emulator funct⁹ eſt officio acerrimi bellatoris:ſed inter oẽs excelluit princeps Mantuanus quẽ poſt certamen iudices publico præconio victorẽ pnunciauerũt: brauioq; qđ erat argenteũ donauerũt. Tranſacto ludicro cũcti lætitia delibuti cũ oculorũ deſideria ſatiaſſent foro faceſſunt:iam die in veſperã pręcipiti recta ad ædes Bentiuolas pergũt nouũ infrequenſq; ſpectaculum ſpeculaturi. Nã Florẽtinus quidã machinator egregius: & mœchanicæ artis ſcientiſſim⁹ machinã ſolertiſſimo artificio fabricauerat:quã girandolam vulgus appellat:quę noſtra lingua orbis flammeus dici poteſt. Vtar eĩ hoc vocabulo quoad inuenero melius:erat hæc machina funib⁹ ſuſpenſa ſub Papilione Bentiuoli fori ingẽtis magnitudinis in rotuuditatẽ circũacta:tribus circulis cingebatur medio extremos exuperãte:crrſcebat in ventrẽ labris paulatim ſe reſtringẽtibus

cui nihil tam ſimile eſt q̃ calathi effigies. Ignis intra machinā furtim
incluſus arte mœchanica alebatur ꝑ fomites incendiorū diſcurrens
quibus tot a moles erat refertiſſima:debebatq; hora ſub veſperū ſtata
cū crepitu bomboq; maximo flagrātes radios eiaculari. Machinator
prędixerat poſt primā horam nocturnā futurā flammarū eiaculatio=
nem. Iam ſublato tentorio:reductiſq; velis auidiſſime præſtolabatur
populus numeroſus condictū tēpus cōflagrationis. Iam crepuſculū
iam tenebrę denſę/iam hora fatalis aduētat:cū repēte tanta vis flam=
mæ & incendiorū emicuit cū crepitu eruptionis vehemētiſſimo vt cæ
lum ipſum flagrare ſimul & ruere videret̄:vt multi præ pauore corrue
rint. fuligine/fumo/odoreq; ſulphureo cuncta compleri. Radij igniti
ſubinde erumpētes inter ſpectatores formidoloſos volitare: horum
facies afflatu fœdare:illorū veſtimenta cōburere:fuitq; plenū horro=
ris cū voluptate ſpectaculū:qđ nouiſſimū inter nuptiales luſus exhi
bitum haud quaq̃ diſplicuit nouitate blandiente: quæ ſemꝑ fere ſolet
eſſe gratiſſima:cū ad noua homines libentiſſime veniāt ad noua con
currant. exacta eſt cæna ſaltationibus nō inuenuſtis & id genus volu
ptatis Calen. Februarijs. Cū iā abſoluta eſſet ex omni ꝑte feſtiuitas
nuptiarū quæ quatriduū celebratæ fuerūt: hoſpites tam principes q̃
priuati ſuas quiſq; domos repetere & in patriā repedare cœperūt:oēs
imbuti hac perſuaſione vt Ioannē Bentiuolum magnificētiſſime or=
natū ſe vero honorificētiſſime acceptos arbitrarētur:crederentq; reli
quos Italiæ principes facilius Bentiuolorū nuptias imitaturos q̃ ſu=
peraturos. Et me Hercules nemo nō vehemēter admirari incredibilē
tot rebus peragendis celeritatē:ſecum quilibet reputare quātas factu
rus fuiſſet princeps Bentiuolus nuptias ſi annuū tempus ad ornamē
ta cōparāda habuiſſet:cui bimeſtri ſpacio ꝑ brumales dies tanta cōfi
cere licuiſſet. Ad nuptias celebrādas hoſpitum circiter tria milia con=
ueniſſe memorant̄:qui per hoſpitia ciuiū diuiſi paſtiq; eſculenter ciba
rijs ex aula Bentiuola affatim ſuppeditatis. Cibus potioq; oībus eſu
rientibus ac ſitiētibus exhibita. illuc egeſtoſi tanq̃ in aſylū cereris ac
liberi patris cōfluebant. Tubicines/tibicineſq; ex oībus Italiæ parti= Muſicoꝝ
bus innumeri affuerūt:timpaniſtę. vtricularij. choraulæ & id genꝰ fer nomina
me oēs organici/muſici vndiq; conuenerunt: audiuimus petulantias
ſcurrarū. fatuitates morionū:vidimus pręſtigia pręſtigiatoꝝ:nec pu
miliones defuerūt. Ex hoc omī numero nemo nō donatus a Bentiuo
lo principe diſceſſit. Inter multa apparatus nuptialis ornamēta orna
lo principe diſceſſit. Inter multa apparatus nuptialis ornamēta orna
tiſſimus/magnificētiſſimuſq; fuit ordo architriclinorū: quorū nemo
per tot dies eandē veſtē bis induit: eundē cultū iterauit. Quinimmo
ſinguli ſingulis diebus mutatoria ſubinde induebant. Idem quoq; a

principib⁹/matroniſq; factitatũ: munera nuptialia certatim ab oĩbus collata. Ciues Bononiẽſes publice ac priuatim q̃plurima cõtulerunt. Alij maiora: alij minora ꝓ facultatibus. Agricolę ac ruſticani oẽs pagatim/oppidatimq; cũ donis nuptialib⁹ ad Bentiuolũ principẽ acceſſerũt. Principes Italici tã reges q̃ reguli/ legatiq; principũ ac dinaſtæ ꝓcioſiſſima quiſq; munera attulerũt. Sũma accepti haud dubie maxima æſtimat̃: ſed ſũma expẽſi nõ mediocris. ꝑ eoſdẽ dies clauſæ ſũt tabernę: officinatores feriati: & letitię cauſa indictũ eſt iuſtitiũ: qđ priſci romani in luctu ac periculis indicere ſolebãt. Hactenus nuptialẽ feſtiuitatẽ ſcribendã eſſe dixim⁹. Alij minutiora ſcribãt & leuiora: q̃ nos cõſulto ꝑtermiſim⁹ ꝑbitura pl⁹ faſtidij q̃ oblectamẽti lectitãtib⁹. Qđ ſupeſt deos/deaſq; oĩs rogo & oro vt cõnubiũ iſtud velint eẽ fœliciſſimũ ac fortunatiſſimũ: ſicut nuptialis apparat⁹ fuit ſplẽdidiſſimus: vtq; nouis maritis annos Neſtoreos cũ Metelli fœlicitate largiatur.

Eiuſdem Endecaſyllabon.

Quo tu quo properas recens libelle?
Extra limina cur cupis vagari?
Intra ſcrinia cur nequis manere?
Cur limam refugis meumq; cælum?
Cur optas volitare per tabernas?
Vendi plus minus aſſibus duobus?
Exi: ſed video tibi paratos
Ronchos Rhinocerotas & malignos.
Rugoſo aut piperi dabis cucullos:
Aut merces olidas ſalariorum
Infœlix gremio teges madenti.
Hæc incommoda ſi ſapis libelle
Vitabis: via nam tibi parata eſt.
In chalci fugito ſinum patroni
Qui iam ſuppetias feret clienti:
Qui te præſidio ſuo fouebit:
Qui doctos amat excolit venuſtat.
Hunc quæras: reuerenter hunc adito:
Huic poſt legitimam oſculationem
Dices protinus. o decus bonorum
Te ſaluere meus iubet poeta:
Et te viuere Neſtoris ſenectam:
Et te principibus diu placere
Optat: ſiſq; ſui memor precatur:
I iam quo properas recens libelle.

## Philippi Beroaldi Oratio nuptialis habita Mediolani.

INter multa viri præſtātiſſimi ac matronę venuſtiſſimę q̃ iu-
cunda & vtilia mortalibꝰ cōparata ſunt: iucūdiſſimū & vtiliſ
ſimū eſt maritale cōiugiū: qđ hoīes diſiūctos vinculo arctiſ
ſimo coniungit: qđ familias diſſociatas mutua affinitate cō-
ſociat: qđ neceſſitudines cōciliat: qđ amicicias religioſas cōparat: qđ
domos numeroſa ſobole fœcūdat: qđ vrbes legitimis ciuibus replet:
qđ deniq; efficit: ne genus humanū tēporis longinquitate depereat:
ſine quo nulla ciuitas: nulla gens: nec ipſe (vt ita loquar) mundus cō
ſiſtere poteſt: vnde non mediocri laude dignus exiſtimandus eſt Ce-
crops ille priſcus: qui diphyes cognominatus eſſe fertur: hoc eſt du-
plicis geminæq; naturę: propterea ꝙ primus fœminā mari ſacroſan- Cecrops.
cto matrimonio copulauerit: quo dono nullū donum maius excogi-
tari poſſe cōtenderim: qđ non tam humanū q̃ diuinum: cuius non tā
Cecropem q̃ deum conditorem credere debemꝰ: ſicut & eccleſiaſticum
dogma præſcribit. Merito itaq; ingeniorum fons Homerus populos
in cælibatu viuentes Abios appellat quaſi vita carentes: & mortaliū
vita ſine cōnubio dimidiatā a luculentis ſcriptoribus nūcupaꝫ: tanq̃
abſoluta ac perfecta vita ex maris/fœminæq; ſocietate cōficiatur. Et
quēadmodum laudādi ſunt illi qui in ordine maritorum numerari cō
cupiſcunt: ita illi vituperandi qui in cælibatu viuere perſeuerant iugū
cōiugale deprecantes. Quibus vero præconijs/qua ve laudatione cele
brari merentur illi veteres Romani? quibus nulli vnq̃ nec ſanctiores:
nec bonis exemplis ditiores extiterūt: qui cęlibes puniebāt: mulctam
irrogare ſoliti ſi quis vxorē ducere renuiſſet. Taleſq; ſubinde cenſoria
nota afficiebātur. Qua quidē in re mihi vidētur Lycurgi & Platonis
leges vtpote diuinitus cōditas eſſe imitati: quæ iubent eos omnis de
decore afficiendos eſſe pecuniaq; mulctandos: qui rei vxoriæ nō fue-
rint operati. Nāq; e ſcitis lycurgi arcebātur cęlibes ab inſpectione lu-
dorū gymnicorū: & honore illo priuabātur: quo iuuenes proſequi ſe
niores cōſueuerunt & illud in dercyllida a iuuene ſpartano dictum ne
mo nō ꝓbat: qui aſſurgere illi noluit: q̃q̃ imperatori non iprobo: neq;
cedere ſub ſellio verbū illud ꝓmens dignū memoratu. Ideo tibi nō aſ
ſurgo. qm̃ neq; tu filium qui nihil crederet genuiſti. Platonicæ vero le
ges tempus cōiugale pręſcribētes mulctā dicūt illi: qui a. xxx. ætatis
anno vſq; ad trigeſimū quintum vxore ducenda ſuperſederit. Ariſto
teles quoq; cū præceptore Platone cōgruēs præcipit in politicis fœ-
minas circiter octauum decimū ætatis annum nubere. Mares vero cir
citer annū trigeſimūſextū vxorē ducere debere. Hoc enī tēpore vtrū
q; copulari vigētibus corporibus. Cæterū inter nationes oīs Roma-

ni coniugalia ſacra reuerētiſſime coluerūt: & q̄ plurimis cerimoniis or namentiſq; honeſtāda atq; decorauda eſſe cenſuerūt. hinc illæ quinq; faces in nuptijs adhibebant: quas ex ſpina alba cōfectas pueri patrimi/matrimiq; geſtabant. Quo numero haud dubie ſignificabat quin q; geminos vno mulieris puerperio progigni poſſe: vel q; par nume rus qui fœmineus eſt & impar qui maſculus: ſimul copulati ꝓgenerāt Hinc aqua & ignis in nuptialibus ſacris afferebātur. Quę duo elemē ta vitam mortaliū maxime cōtinēt: vt videlicet oſtenderent: ita virū fœminamq; diſiunctos ſteriles eſſe ac infœcundos ſicuti ſine calore hu mor: ſine humore calor nihil gignere poſſunt. coniunctos vero vim habere generationis aptiſſimā. Hinc nubētes colus compta: & fuſus cū ſtamine comitabat: quę res plane demonſtrabat vxorem in domo maritali lanificiū excercere debere. Vnde & Thalaſij nomen: q̄d lanificiū ſignificare autumāt eruditi: vſurpabatur in nuptijs. Quid in præſentia memorem queādmodū nouæ nuptæ domū mariti ingrediētes adipe ſuillo ſiue (vt Maſurius inquit) lupino poſtes perungebant: ex quo vxores denominatæ credūtur. Longū ſane foret ſi cauſas rerum omniū nuptialiū ſingulatim recenſere vellemus. Quocirca prudens prętereo cur limen maritale nouæ nuptæ pedibus nō tangebant: cur flaueo luteo caput obnubebāt. Cur cingulo nodo Herculaneo vincto cingebant: q̄d mox in cubiculo maritus diſſoluebat. Illud ꝓtereundū non eſt farreū nouæ nuptæ pręferri ſolitum ꝓpterea: q; nihil religioſius erat vinculo cōfarreationis: quæ ſolis (vt inquit Boetius) pontificibus cōueniebat. Vnde & matrimonia farracea a cōmunicatione farris nūcuparunt. Quanta veneratione cōnubia Romani ꝓſequerentur: hinc maxime dignoſcit: q; cōplures deos nuptialibus peragendis præeſſe voluerūt. Nam deus iugatiuus nominatus inuocabat: quādo ſponſus ſeſe ſponſę cōiungebat: iugūq; pariter maritale ſubibant. Domiducus adhibebat quādo ad mariti domū noua nupta ducebatur: cui Cumerum q̄d nuptiale vas eſt pręferri mos erat. deā vero Manturnā adorabant: vt ſcilicet cū viro vxor iugiter maneret. Quod ſi rixæ iurgiaq; cōiugalia aliquando interceſſiſſent: in ſacello deæ viriplacæ recōciliabātur. Deamq; virginenſem idcirco venerabant vt virgini zona illa ſolueretur: de qua eſt illud Catullianum. Quod zonā ſoluit diu ligatam Quinetiā Iunonē cognomento cinxiam atq; vnxiam. Deū ſubigū: Deamq; premā atq; partundā, aliaq; numina compluſcula in cōiugalibus ſacris adhibuerūt. Adeo matrimoniū ſacroſanctū atq; venerabile apud illos erat vt id nō ſub vno deo tutelari ſed ſub plurimis tutandum cuſtodiendūq; cēſerent. Præterea eos qui in maritorū ordine numerabātur honoratiores his qui vitā cœlibem degebāt eſſe voluerūt.

Ceremonię nuptiales.

Thalaſius

Farreum

Iugatiuus

Domiducus.

Māturna

Viriplaca

Virginēſis.

Et olim Quintus Metellus numidicus in cẽſura populũ Romanum
hortatus eſt ad vxores ducẽdas cauſa liberorum creandorũ luculen=
ta quadam oratione:quã dein Auguſtus Cęſar cũ & ipſe de maritan
dis ordinibus ageret/& ad matrimonia capeſſẽda quirites hortaret̃
cõmodiſſime vſurpauit:& mediuſfidius ſi verũ volumus cõfiteri ad
iutorium vxoris viro neceſſariũ eſt. Nam quẽadmodum vir fortis &
ſub dio negociatur:cõparatq; labore ac vigilantia facultates q̄ tectis
recõdantur:ita mulier res paratas cuſtodit & illa om̄ia curioſe cõficit
quæ domi debeãt adminiſtrari. Sic alterius opera a natura cõparata
eſt ad exercitationẽ forenſem & extraneã:alterius ad domeſticã dili=
gẽtiã. Præterea quid dulcius/quid iucũdius eſſe poteſt patrifamilias
intra penates domeſticos ſe recipienti:q̄ habere matrẽfamilias cuiꝰ
tutelæ cũcta domeſtica negocia credat:cum qua curas partiat̃:cui co
gitationes intimas/cui paruos liberos tradat:quę marito iugi exerci
tatione fatigato ſit requies atq; fomentũ. Et cũ nihil in domo marita
li diuiduũ cõſpici debeat in cõmune ambo cõſpirãt contubernio dul
ciſſimo perfruẽtes. Merito igitur vas electionis Tuba euãgelij & ſan=
ctarum ſcripturarũ armariũ apoſtolus Paulus nuptias vocat hono=
rabiles/& cubile immaculatũ. Merito honorabiles a nobis hodiernæ
nuptiæ appellari poſſunt:cũ ſpõſus & ſponſa honoratiſſimi cõſpici=
antur. cũ ambo ſplẽdido genere/clariſq; natalibꝰ orti ſint. Quis em̄
neſcit familiã Pirouanorũ in hac vrbe eſſe vetuſtiſſimam/generoſiſ=
ſimãq;:vtpote quę olim rebus potita eſſe dicatur:quã nõ pauci in ſtu
dijs ingenuarũ artiũ & potiſſimũ medicinę illuſtrauerunt. In qua nõ
ſolum litterę & diſciplinę liberales:ſed religio & cerimonię floruerũt
Cũ ex hac iampridẽ gente prodierit vir ſanctitate vitę clarus/Diuus
Galdinus:cuius nomen & ſanctitudo apud Mediolanenſes eſt vene Neogamus.
rabilis. Verum hac tempeſtate genꝰ Pirouanorũ illuſtrat̃/ornaturq;
viro ornatiſſimo Gabriele. Cuius Neogami hoc eſt noui ſpõſi nupti
as hodierno die nuptiali oratione proſequimur. Eſt em̄ hic multiiu=
gis diſciplinis decoratus. Aſtrologiæ peritiſſimus/philoſophiæ cõ=
ſultiſſimus/& in primis medicinæ ſciẽtiſſimus:quæ vel ſingulę inge=
nuæ artes quemuis hominẽ poſſent illuſtrare. Aſtrologia enim ab re
rum terrenarũ contemplatu mentes noſtras euocat ad ſpectanda cæ
leſtia ac curſus ſyderum ſtatos penſitãdos:ad ſuperas ſedes noſcitã=
das. hæc efficit vt homines parum a diis diſtare videantur. Philoſo=
phia quæ mater artium appellatur dux & vitæ mortalium. animorũ
morbis medetur:rerũ cauſas ſolerter inquirit/& diuinę maieſtatis ar
chana rimatur quod fœliciſſimum exiſtimat Mantuanus Vates Me=
dicina vero qua nulla ars fructuoſior eſſe fert̃ ſalutẽ deploratis reſti=

ſui :morbos expellit: afflicta recreat:lãguẽtia corroborat/& cũ morte ipſa ſubinde colluctatur:has tantas/tãq; præclaras nuperi ſponſi virtutes exornant ſuauiſſimi mores ſumma comitas dexteritas/affabilitas:quæ res illum haud dubie fecerunt apud Mediolanẽſes omĩs fauorabilem:apud illuſtriſſimos principes gratioſum.in ſummã charus eſt omnibus:inuiſus nemini:omnium beniuolẽtiã genuina quadam probitate demeretur. Cuius conſobrinum eſſe non pœnitet magnificum/ac circũſpectiſſimum virum Bartholomeum chalcum: de cuius eximiis dotibus / ac probatiſſimis moribus abunde iudicauerunt illuſtriſſimi principes Mediolanẽſes : qui eum archigrãmatheũ hoc eſt principẽ ſcribarum ex omnibus vnum delegerunt quem omnium archanorum participem ac conſiliarium eſſe voluerũt:ſed hęc obiter pauca de multis.Cęterum quẽadmodum ſponſi familia generoſa eſt:ita ſponſæ genus illuſtre & peruetuſtum eſſe creditur. In quo multi in toga/multi in re militari excellentes extiterunt : qui ſuis ipſi virtutibus apud vos cognitiſſimi ſunt : ita vt noſtra laudatione non egeant. Ipſa vero ſponſa omnibus quęcũq; in matronam cadũt dotibus prędita Familiæ eſt ornamento. Ingenui mores/matronaliſq; venuſtas fœminam cõdecorant. Et cum quattuor ſint quæ in ſponſis quærantur forma/probitas/nobilitas/dos:hæc formoſa/hæc proba / hæc nobilis / hæc dotata eſt. q̃uis ipſa non illã ſibi dotem ducat eſſe quæ dos dicitur:ſed pudicitiam/& pudorem/ & ſedatum cupidinem. Deorum metum/parentũ amorem/ & cognatum concordiam. Qualis dos probatur/& expetitur in primis ab Alcumena plautina. Deniq; vt ſemel finiam probata probatiſſimo : modeſta modeſtiſſimo:laudata/laudatiſſimo nubit:Quorũ cõnubium ſicuti compar eſt beneq; cõueniens:ita dij faxint ſit fœlix,fauſtum atq; fortunatum vt diutiſſime viuant vitam cõcordiſſimam/iucũdiſſimãq;. & vt duldes natos ſuſcipiant:&/ex natis dulciſſimos nepotulos aſpiciant:quorũ luſibus oblectentur:quorũ blanditijs refoueantur:quorum fortunis ac fœlicitatibus cõdecorẽtur. Sed iã tempus eſt vt formulã a maioribus inſtitutam vſurpemus:& vernacula lingua loquẽtes præfatione religioſa ſponſum ac ſponſam ita interrogemus.

Ad magnificum Minum Roſcium Senatorem Bononienſem Philippi Beroaldi Bononienſis epiſtola.

IOannes Boccatius homo in lingua vernacula diſertiſſimꝰ centum fabuloſas/hiſtorias ſtilo elegantiſſimo compoſuit ex quibus duas nos potiſſimum excerpſimus:eaſq; in latinum ſermonem nuper exercendi ingenij cauſa tranſtulimꝰ.Nã quẽadmodũ maiores noſtri ex græco in latinum/& ex latino vertere in

græcum optimũ eſſe iudicabant id quod in primis L. Craſſus & M.
Cicero factitaſſe tradũtur: Ita nobis conducibile viſum eſt ex verna
culo/ vulgatoq; ſermone aliquid Mythicon / hiſtoriconq; cõuertere
in Romanã linguam ex qua conuerſione ingenium mediuſfidius ve
getatur. eloquutio expolitur: Supellex verborum optimorũ copio=
ſiſſima comparatur: In hac autem interpretatione fateor me nõ vbi=
q; verbum e verbo ſed ſenſum expreſſiſſe de ſenſu: quædã ꝑtermiſiſ=
ſe. nõnulla addidiſſe. Eatenus vt decorẽ in trãſlatione pro virili par=
te conſeruaremus. Et hoc fecimus ſequuti Horatij pręceptum ita prę
cipientis in arte poetica. Nec verbum verbo curabis reddere fidus in
terpres. qđ etiam faciendũ docet diu⁹ Hieronymus ſcribens de opti=
mo genere interpretandi. Accipe ergo vir pręſtantiſſime & in ſtudijs
humanitatis/litteriſq; noſtris politiſſime opuſculum a Philippo tuo
cõcinnatum. De alieno effigiatũ. de alieno noſtrum: qđ legas quæſo
cũ fueris ocioſus/cum animũ a ſenatorijs muneribus publiciſq; ne=
gociis pauliſper recreare decreueris: cum te in bibliotehcam tuã quæ
te ſingulari eruditione decorauit: recõdideris. Tunc enim animus ex
uendus eſt curis grauioribus: demulcendus litteris amœnioribus &
refouendus voluptatibus hylarioribus. Tunc haſce nugas poteris
in manus ſumere: poteris inſpicere: & tuo polito/limatoq; iudicio pẽ
ſitare: Nũq̃d ad floſculos Boccatij in ſuo genuinoq; ſermone præni
tentes aſpirare potuerint noſtra iſtæc latina interpretamenta: Quæ
tibi peculiariter dicaui. Propterea ꝙ veri amoris/veręq; amicitię teſti
monia ſũt locupletiſſima. qcq̃d id ẽ boni conſule & me vti ſoles ama.

QVo tempore octauius Cęſar nõdum cognominatus Au=
guſtus in triũuiratu Romanũ regebat imperium: fuit ro=
mæ. P. Qu. Eulius homo patricius ac nobilis qui filium
nomine Titum fuluium iuuenem ſingulari ingenio præditum athe=
nas miſit: vt philoſophię ſtudijs erudiretᷣ: eũq; etiã atq; etiã cõmẽda=
uit chremeti viro nobili amico vetuſtiſſimoq Titũ hoſpitio ſuciſpi=
ens voluit in cõtubernio filij Giſippi familiariter educaretᷣ: & vtrũq;
Ariſtipo id tẽpis philoſopho illuſtriſſimo tradidit erudiẽdũ: vt hiſ=
dem pariter doctrinis imbuerẽtur. Cũ itaq; ambo iuuenes vitam de=
gerent cõmunẽ: tãta ſimilitudo morum repente apparuit vt ſumma
germanitas/ſummaq; beniuolẽtia inter ipſos coaluerit. adeo vt vix
morte potuerit diſſociari. ſimul ambo philoſophiæ ſtudijs incũbere.
ſimul ambo ad faſtigiũ diuini dogmatis aſcẽdere. ambo excellentiſ=
ſimi ingenij dotibus pares exiſtere. qui talem vitã duxere circiter triẽ
niũ maxima cũ voluptate chremetis. is vtrũq; pio amore ꝓſequens
nec in filiũ q̃ in Titũ propenſior cum iam eſſet ſenio confectus e vita.



210

migrauit. Cuius obitum tanq̃ cõmunis parẽtis Titus atq; Giſippus
peræque defleuerũt/& pari lamentatione proſecuti ſunt. adeo vt nec
ipſius chremetis familiares/ac cognati ſatis dignoſcere poſſent vter
eorum iuuenum magis conſolandus foret. Poſt aliquot menſes ami
ci neceſſariiq; Giſippi hominem cõueniunt/& ad vxorem ducendã
pariter hortãtur puellam ſe reperiſſe dictitãtes Ciuem atticam incre-
dibili formoſitate conſpicuam & generoſiſſima gẽte procreatã: Cui
Sophroniæ nomẽ erat: & id temporis quintũdecimum agebat ætaꝛ
tis annum. Horum votis Giſippus vtpote iuuenili ardore caleſcens
libenter annuit. Iamq; appetebat tempus nuptiarum. Cum ſponſus
vna cũ Tito ad ſpõſam viſendam ꝑficiſcitur: iam ambo intra ædes
ſponſę penetrauerant: iam inter Giſippũ Sophroniamq; facetiſſimi
ſermones ſerebant. Cum Titus quaſi elegãs ſpectator fœmninæ for
moſitatis adhibitus cœpit curioſis oculs cuncta perſpicere & ſingu
la Sophronię membra callẽter penſitare: quę cum mirandum in mo
dum tota cõplacuiſſet ipſe ſecum illam ſpecioſiſſimæ puellę venuſta
tem illud decus: illam exuperatiſſimã pulchritudinẽ ſubinde memo
ria repetens tãto amoris incẽdio cœpit æſtuare: quãdo nullus priſcis
tẽporibus amator cõflagrauerat. Cũ itaq; domum repedaſſent Titꝰ
intra cubiculũ ſolus ſuper Sophronia cogitare: Sophroniam intueꝛ
ri: Sophroniæ nomen idẽtidẽ nominare: tanto magis ardeſcẽs q̃to
magis in ea cogitatione verſabatur: tandẽ poſt multiplices curas cre
braq; ſuſpiria ita ſecum lamentari exorſus eſt. Heu te miſerũ. heu erũ
noſam vitam tuam Tite. Vbi animus: vbi amor: vbi ſpes tuę colloꝛ
cantur? Nõne vides: nonne ſentis hãc tibi virginem in ea veneratio
ne eſſe habendam: qua ſororem? Hoc exigit munificentia & benigni
tas ĩ te a chremete collata. hoc expoſcit fida/vetuſq; amicitia: quæ ti-
bi cum Giſippo eſt huiuſce adoleſcentulę ſponſo. Quid igitur cõcu
piſcis? quo te fraudulento cupidine præcipitẽ trahi ſinis? quo a ſpe
blandiente. Reclude aliquando oculos animi: & teipſum infœlix
recognoſce: obtempera rationi: & cohibe illicibilem appetitum. Mo
derare cupiditates inſanas & aliorſum cogitationes tuas conuertito
principiis obſta: & vince teipſum dum tempus adeſt: dum dat occa
ſio. Iſtud qđ tu tantopere affectas: turpe flagitioſum indecorum eſt:
meſticũ/vt neceſſariũ/vt familiarẽ extraneis ante ponam⁹: vt noſtris prius q̃ alienis opitulemur. Hęc eſt ordinata charitas/hic ordo diligẽdi. Sed ſępe multa interueniũt propter quæ magis peregrin⁹ q̃ ciuis extraneis q̃ domeſtic⁹ ſit fouendus ſubleuãduſq;. Q đ niſi feceris male audies/infamiaq; pulſaberis. Apud maiores hoc obſeruatũ eſt vt in opera danda/officioq; faciũdo hoſpites cognatis/affinibuſq; anteponerẽtur/eſſentq; potiores.

Hoſpites cognatis anteponebantur.

Et ſane Romani quoq; exẽplis latina micat hiſtoria/tantopẽ alienigenas fouerũt. vt peregrini Romę regnauerit: vt claudia gẽs ex ſabinis in patritios cooptata ſit: vt Portiitusculo corũcani camerio in ſenatũ aſciti ſint. vt Cor. Balb⁹ maior homo externus & in extremo oceano genitus. hoc eſt Gaditan⁹ ad faſtigiũ cõſulat⁹ aſpirauerit: deniq; vt iuridicũ magiſtratũ romæ eſſe voluerint: q ius diceret peculiariter peregrinis. Vnde & peregrin⁹ prętor nũcupatus.

Peregrini allecti in ſenatum.

Cor. balb⁹ maior.

Prætor peregrinus

Itaq; decet virũ prudentẽ ſolerter cũcta perpendere & ꝓuerbii meminiſſe. Quatenus res ratioq; permiſerit. Alioqui ſi dixeris / Tunica pallio propior eſt/ita retaxari poteris. Nec pallium/nec tunica quid ſit ſatis probe noſti.

Ariſtoteles in.ix. Ethicorum meminit huiuſce prouerbij græci ΓΟΡΥΚΡΗΜΗΣ ΕΓΓΙΟΝ. memorat & illa ἰσοτης φιλοτης id eſt æq̃litas & amicitia: & μια ψυχη aïma vna: & φιλων παντα κοινα amicorũ oĩa cõmunia. Oſtẽdẽs hęc vniuerſa cõpetere ad eũ q maxime ſibi eſt amicus. & ꝙ ſeipſum maxime amare oportet. Q đ totũ diſcerniculo philoſophico diiudicat/& philoſophica grauitate perpendit. hoc modo. Bonũ inquit virum oportet. φιλαυτον εἶναι id eſt ſui eſſe amatorẽ. Nam & ſibi ipſe & cęteris proderit agendo honeſta. Prauũ aũt nõ oportet: nãq; & ſibi nocebit/& ꝓpinquis. affect⁹ prauos ſectando. Demus ergo operã vt boni ſimus. vt & nobis & cæteris ꝓdeſſe poſſimus: vt φιλαυτοι. id eſt noſtrimet amatores cũ laude dicamur. Deniq; vt poſſimus decenter dicere & conducenter: ΓΟΡΥ ΚΡΗΜΗΣ ΕΓΓΙΟΝ genu crure propinquius/& Tunica pallio ꝓpior eſt.

Aeq̃litas amicitia. Amicorũ oĩa communia.

Paroemia apud græcos inclyta eſt. νομος και χωρα id eſt lex & regio: qua ſignificatur ꝙ nõ omnibus vnus eſt viuendi mos. non lex/nõ cultus: ſed ſingulas nationes proprijs vti legibus: & ſingulis gẽtibus ſuos eſſẽ ritus peculiariaq; inſtituta. vnde ius ciuile vocaẽ a iurecõſultis ius propriũ cuiuſq; ciuitatis: quæ & iura municipalia dicuntur. Verũ cũ varietas abſtergat auruim faſtidiũ ſitq;/vt camœnæ grǽcæ canunt/omniũ iudũdiſſima: hac vtemur: varias capitulatim memorantes priſcarum nationum leges & ritus.

Prouerbiũ Lex et Regio. Ius municipale.

228

rex eligi‑ ẽꝗ́ piguiſſimus. Rex fit ã pliſſimꝰ. Impator ob virtutem. Pueros ſaturno victimãt

Gordioꝝ populoꝝ lex eſt/vt regẽ eligãt eũ q ſit ipſoꝝ pinguiſſimꝰ/habitiſſimuſqꝫ. Vbi ſtrigoſꝰ et macer de regno nõ cogitat. Syracei regẽ faciunt proceriſſimũ/grandiſſimũqꝫ. Vbi pomilionibus & pygmeis nulla aſpirandi ad regiũ faſtigium ſpes. Carthaginẽſes impatorẽ eligũt nõ ſcđm nobilitatẽ ſed ſcđm virtutẽ. Vbi ſtẽmata imagineſqꝫ fumoſę nil proſunt nobili ignauo & inerti. Iidẽ pueros patricios/ingenuoſqꝫ Saturno immolant. vnde fit vt apud illos malis celebs eſſe q̃ maritus/orbus q̃ pater. hanc legẽ retrã/& inhũanę crudelitatis plenã ſignat Silius his verſibꝰ. Mos fuit in populis quos cõdidit aduena Dido Poſcere cęde deos veniã/ac flagrãtibꝰ aris Infandũ dictu paruos imponere natos.

Perſæ hidropotæ niter vina conſultatio Inuirili. ꝑſcineſis Filiꝰ ãte quimatũ a pr̃e nõ viſitur.

Perſæ inter vina magnis de rebus cõſultãt: quas firmiores putãt q̃ quæ in ſobrietate tractãtur. Vbi hydropotę id eſt aquæ potores vt mali conſiliatores explodũtur: vbi conſiliarijs abſtemijs. & inuiniis non eſt locus. Item reges vt deos venerãtur ea adoratione q̃ προσκυνησις vocatur. Apud eoſdem filius ante quinquenniũ in cõſpectum patris non venit more probatiſſimo. Siquidem decedẽs inter educationẽ ętate illa infantili/nullũ vel minimũ affert patri mœrorẽ triſtitiamqꝫ. Conſimilis quoqꝫ gallorũ mos: qui ſuos liberos niſi cũ adoleuiſſent palam ad ſe adire non patiebãtur: filiumqꝫ in puerili ętate/in publico/in conſpectu patris aſſiſtere turpe ducebant. Apud eoſdem pro victimis homines immolabantur.

Parthi. Herba theophraſti ad coitũ Lucanꝰ i inceſtum parthoꝝ

Apud parthos plures vxores vni viro maritanᵵ & cũ cõmodiꝰ ſit vt vna duobus nupta ſit: q̃ vt vni duę nubãtur Illi per innumeras cõiuges volutãtur: inſtar gallinaceorũ ſalaciſſimi. Neqꝫ ſalacitate nimia fatiſcẽtes. Quibꝰ herba illa theophraſti habẽda foret: cuiꝰ tactu auctor ille grauis tradidit ſeptuageſimo cõcubitu durare libidinẽ.

Apud eoſdẽ lex erat: vt filias/ſorores/mr̃es quoqꝫ ipſas in matrimoniũ ducere liceret. & quæ ad nos infanda ſunt coniugia/apud illos legitima habebantur. qđ totũ vt barbaricum ac deteſtabile prorſuſqꝫ ferinum ſic ſuggillat & execratur lentulus apud Lucanum. Nã barbara vobis eſt ignota venus: quæ ritu cęca ferarum. Polluit innumeris leges & fenera tedę. cõiugibꝰ ꝛ talamiqꝫ patent ſecreta nephandi inter mille nurus. epulis veſana meroqꝫ Regia non vllis exceptos legibus horret cõcubitus. tot fœmineis complexibus vnum: Non laſſat nox tota marem. Iacuere ſorores in fratrum thalamis ſacrataqꝫ pignora matris.

Magi ex cõcubitu matris & filij.

Magi quoqꝫ q philoſophi ſunt perſarũ ex ritu diræ ſupſtitionis naſcunᵵ ex infando matris filijqꝫ cõcubitu. Qđ & Catullꝰ oñdit illo verſu. Nã magꝰ ex mr̃e & gnato gignaᵵ oportet: Si vera ẽ pſaꝝ ipia

religio.apud eoſdē fas nō eſt expuere in mare.lauare corpus ī flumine & meiere in amnicas aquas:naturā eā talibꝰ vſibꝰ violari exiſtimātes

Trauſi:qui ſunt thraciæ populi habent luctuoſa puerperia funera lætabūda:nāq; edito puero:ꝓpinqui eū circūſidētes cōploratione ꝑſequūtur:recēſentes quaſcūq; neceſſe eſt illi ꝙ vitā ingreſſus ſit:ꝑpeti humanas calamitates:eū vero q fato functus deceſſerit ꝑ luſum/lætitiāq; ſepeliūt referētes quot malis ſit liberatꝰ:tanq̄ mors eripiat hoīes a malis nō a bonis.Res hæc in ædibꝰ Bentiuolorū in ambulacro viridarii graphice depicta eſt Monochromateo genere picturæ .cui ſubſcriptum legitur noſtrū hoc monoſtichō: hi vitæ erumnas deflent.hi funera plaudunt.

Trauſi. Luctuoſa puerꝑia.

Hi vitæ erūnas deflent.

Meſſagetæ in via in ꝓpatulo/ſine pudore cōcūbūt tanq̄ cynicorū dogmata ꝓbēt:& cratetis ſectētur exemplū:q in porticu in loco celebri corā luce clariſſima cū vxore hipparche cōcubuit. quos zeno: inſecto palliaſtro a circūſtantis coronæ obtutu defendit/protexitq;.

Maſſagetæ.

Alani creophagi ſunt:hoc eſt carnibus aluntur pane nō veſcētes a dogmate pythagorico deuii penituſq; abhorrentes.

Exēplūm cratetis.

Ichthiophagi ſolis piſcibus victitant:vnde & nomen tanq̄ illoꝝ ſectam emulentur:quoꝝ vita piſculenta eſt :eſu carniū interdicto.

Alani creophagi.

Galactopote lacte nutriūtur:quod & nomen oſtendit.

Ichthiophaphi

Galactopote

Aegyptioꝝ mos iſte cōuiualis memorat̄:ex ligno ſimulachrū mortui factū, longitudine cubitali ſimillimū vero cōfert vnꝰ in conuiuio: oſtēdēſq; id ſingulis coepulonū ait. Tu in hunc intuens.ede:bibe:lude talis poſt mortē futurus:Quē ritū ſignat & Silius canens :ęgyptia tellus corpora & a menſis exanguem haud ſeparat vmbrā.

Mos ęgyptiorum

Ede bibe lude.

Iidem ægyptii ſed & æthiopes:& colchi circūcidūt genitalia quod nunc ꝓpe peculiariter iudei obſeruāt:qui octauo die cultro petrino ex moſaica lege pueros circūcidunt. Iidem quolibet die Saturni .hoc eſt ſingulis ſabbatis feriati ociantur.Q đ illudit Seneca oſtendens ſeptimam vitæ partem perdere iudęū.cui vt inquit Satyrographus :ſeptima quęq; fuit lux ignaua:& partem vitæ non attigit vllam.

Circuncisio

Sabbatū dies ſat̄ni

Germanorū vita omnis antiquitus in venationibus conſiſtebat. omēs inſtrumento venatorio inſtructi feras veſtigabant. ita duriciei corporis firmitudiniq; ſtudentes . Q đ genus exercitationis vt virile maxime probat Plato libro.vij.de legibus.

Germanoꝝ vita

Poſſem exēpla hoc genꝰ ꝓpe infinita cōgerere:ſed occurrendū eſt ſatietati:cū ſatis ſuperq; cōſtet ex ante dictis verū eſſe ꝓuerbiū. qđ ait ρομοσκαιΧωρα lex & natio:ex quo illud quoq; commonemur plus in hominibus pollere leges & ritus q̄ vim ſideralē:qua mathematica cuncta cōſiteri eſt perſuaſiſſimū. Nec enim vlla poſitura ſtellarum &

Plus lex pollet : q̄ ſydera.

229

radiatio eē, poteſt: quæ om̄es iudęos impellat ad circuncisionem octa- ua die faciendam: vbicūq; naſcūtur. Nec poſſibile eſt om̄es eundem habere horoſcopum/ eandēq; geniturā: ſed ex præſcripto legis hoc fieri certum eſt. Sic & chriſtiani tincti fiunt hoc eſt baptizati non ex ſi dere natalitio: ſed ex dogmatis noſtri inſtituto.

Tīcti xp̄iani ex lege

Nec apud parthos: ac perſas Maguſſei: ſic enim appellant inceſta matrimonia ineuntes: habent om̄es in natiuitate Venerem in domo Saturni cum Saturno coniunctam: quæ radiatione martis maleuola aſpiciatur: nec germani omnes habent horoſcopum in quarta parte leonis/nec oriente canicula naſcuntur: quibus ſyderibus horoſcopā- tibus ex ſyderalis ſcientiæ placitis venatores producuntur.

Maguſſei qui. germani

Apud Getulos lex eſt a mulieribus agros coli/ domos ædificari: om̄ia odoramenta/ vnguentaq; aſpernātibus. veſtes quoq; infectu co loris precioſas faſtidientibus: ecōtrario viri hiſce omnibus oblectan tur cum ſint tamen bellicoſiſſimi. Nec tamen dicendum eſt fœminas omnes getulorum in Capricorno: aut Aquario male affectam venerē habuiſſe: nec viros omnes in Ariete vna cum Marte Venere conſtitu ta natos eſſe. Q đ fortes ſimul & delicatos efficere viros chaldeorum ſiue mathematicorum decreta conclamant.

Lex gętulorum.

Cætera de genere hoc adeo ſunt multa loquacem delaſſare valent fabium. Sat nobis ſit ſummatim iſta libaſſe: nec in hęc diuertiſſe fue- rit alienum propter inuulgatam aſſertionem. qua traditum eſt: omnia quæ agunt homines & minutiſſima quæq; fieri vi ſyderali fatiq; decre to. Nos poteſtati ſtellarum multa immo maxima tribuimus: non infi ciamur terrena cœleſtibus ancillari: eſſeq; ipſius fati neceſſitati obno- xios mortales. Q đ & mox paulo planius liquebit. Sed & libertatem arbitrii & legem & cōſuetudinem plurimū pollere in hominibus alacri ter aſſerimus: id qđ præter cæteros ſentit Apolloni⁹ Tyaneus: qui ait apud Philoſtratum homines naturæ/legiq; ſeruire. Alioquin ſi homi nes nihil ſua ſponte/nihil arbitratu ſuo faciant ſed ducentibus ſtellis et aurigantibus: non plane homines non λογικα ζωα: id eſt ratio- nalia animalia: ſed ludicra quædam præſtigiatorum & ridenda neruis mobilia eſſe videbuntur.

Terrena cæleſtib⁹ ācillant. Libertas arbitrij plurimū pollet in homine. Apollonius. Hoīes ſeruire legi.

Ex hoc eodem prouerbio. qđ eſt νομος και χωρα lex & natio admonemur/pulchrum eſſe multas terras peragrare/multarum natio num leges & mores inſpicere. Pars ſapientiæ non minima eſt nouiſſe gentes multiiugas & gentium ritus. Sic poetæ heroas illos ſingulari præditos ſapientia fuiſſe declarant: qui peregrinatores extitiſſent mul taq; loca erroribus diuturnis peragraſſent. Sic ille ingeniorum fons Homerus Vlyſſem præconio virtutis extollit: qui mores hominum

Peregrinatio laudabilis.

multorum nouit & vrbes. Ex hac laude cenſendus eſt Protonotarius meus Bētiuolus. qui ſuſcepta hieroſolymaria peregrinatione. voluit præſens oculis cōtemplari loca religioſiſſima: quæ auribus abſens celebrari quotidie inaudiebat: qui cū plautino milite congruens dicente pluris eſt oculatus teſtis vnus q̄ auriti decem: Duce religione intrauit maria magnas terras obeuntia/ & penitiſſimas iudeæ gentes acceſſit. Hieroſolyma quē iudeę vmbilicum tradunt introiuit. vbi templū illud Solomonis famigeratū: & cætera monumentis hiſtoricorum loca celebrata perſpexit. Syon aſcendit: q̄ arx vel ſpecula interp̄tatur Vbi ſepulchrum domini ſanctitudinis & venerationis plenū venerabundus ſalutauit. & ſane ſacram ſcripturam lucidius intuebitur: vt inquit diuus Hieronymus: qui iudęam oculis contēplatus eſt: ſicut græcorū hiſtorias magis intelligunt/ qui viderint athenas. Laudabile eſt fuiſſe hieroſolymis: & ſi laudabilius eſt hieroſolymis bene vixiſſe. Cōmonefaciat nos frugiferum hoc prouerbium ρομοσ καιλωρα vt ex cōtemplatione variarum nationum & morum quæ laudabilia ſunt & ſancta emulabundi ſectemur: quæ culpabilia & obſcœna factu vitabundi repudiemus.

Protonotarius Bētiuol⁹ petijt hieroſolyma.
Pluris oculat⁹ teſtis q̄ auritus.
Vmbilic⁹ iudęæ.
Syon ſpecula.
Concludēs interp̄tat̄ hoc p̄uerbiū.
Lex & natio.

Parœmia græcorum eſt τρυγοροσ λαλнστεροσ turture loquacior: quæ de loquutuleis/ & blacteronibus atq; in verba prouectis hoībus dicitur: quoniā turtures non ſolum ore: ſed etiā poſterioribus mēbris reſonare ac obſtrepere credūtur. Docemur hoc prouerbio ſalubriter & ſcite ne ſimus futiles/ & immodici loquutores ne os noſtrū ſcateat verbis lapſantibus/ ne loquacitatis neruo deuenuſtemur: cui conſimile eſt alterum illud τοΔωΔωραι ορχαλκει ορ lebes dodoneus cuius meminit Menander. Fuit enim dodonæ lebes æneus ſupra columnam in ſublimi poſitus/ puer autem & ipſe ex ære fabrefactus in altera cominus columna conſtitutus flagellum æreū tenens flante vento lebetē æneum perſæpe circūactus percutiebat/ & ita diu lebes ille reſonabat. Vnde adagium hoc ortum eſt de garrulis & nimium diu tinniētibus. Quod ne de nobis merito dicatur/ etiā atq; etiam cauendum eſt. Natura nos tacita quadā inſtitutione formauit ad parciloquium quæ duas homini aures dedit/ os vnum. vt plura videlicet audiret q̄ loqueretur. In multiloquio (vt inquit Salomon in prouerbijs) peccatum nō deerit. Contra ſermoni parcere multis de cauſis ſalutare eſt. vt inquit prudentiſſime Plinius. Multi impendio loquaciores ſæpenumero voces effutiunt: quæ mox per iugulū reuertuntur & ſæpe lubricū linguæ trahitur ad pœnam: q̄uis iureconſulti non trahendum eſſe præcipiāt ad legē Iuliā maieſtatis. & vt inquit ille. neſcit vox miſſa reuerti. Et ſemel emiſſum volat irreuocabile verbum.

Prouerbium.
Turture loquacior.
Lebes dodone⁹.
Natura ad p̄ciloquiū homines inſtituit.
Lubricū linguæ.
Horati⁹.

Xenocratis rñſum
Symbolum Pythagoræ.
Hirundo eliminanda.
Silentiū pythagoreorum
Primum prudētiæ rudimētū apud pythagoricos.

Hinc laudatus Xenocrates ille Platonic⁹:qui cū maledico quorū
dam ſermoni taciturn⁹ intereſſet. vno ex his quęrēte cur ſolus taceret
ſcitiſſime reſpōdit/quia dixiſſe me inqt aliqñ pœnituit:tacuiſſe nunq̄.
Græci dicunt. ψυτθι ρον αρΔρα εκβαλεσησ οικιασ. id eſt ho=
minē loquacē ex ædibus tuis explodito. cui concinit ſymbolū illud
pythagorę/hirūdinē in domo nō ſuſcipiendā/qđ ſignificat garrulos
& verboſos hoīes ſub eodē tecto nō habendos. Hic eſt ille Pythago=
ras prim⁹ philoſophię nūcupator qui loquacitatē improbās diſcipu
los elinguabat. Nihil eos prius docēs q̄ tacere. Vbi autē erāt ſilentio
eruditi & εχεμυθι αν.id eſt taciturnitatē bene didicerāt/ tunc verba
facere & q̄ opinarētur expromere poteſtas erat:ſed hoc erat primū ſa
piētiæ rudimentū meditari cōdiſcere/loquitari dediſcere.nec oēs pari
tēpore elingues.ſed alius plus/ali⁹ minus tacebat loquaciores in quin
quenniū velut exilio vocis puniebantur: bonum eſt auditores opti=
mi nōnunq̄ pythagoriſſare & εχεμυθιαν pythagoricam per diſce=
re:idq; facere qđ meliſſium mecœnatem factitaſſe accipimus: qui ſilē
tium triennio ſibi imperauit.

Aīaduerſio pythagoræ in loquaces
Silentiū mecœnatis.
Fauete linguis
Paſcito linguam
Angerona.
Arpocrates.

In ſacris priſcorū ethnicorū. hoc eſt gentiliū ſilētiū tanq̄ ſalutare
præcipit̄/in quib⁹ notiſſimū eſt illud verbū:fauete linguis:quo ſilen=
tium imꝑatur:vt rite peragi poſſit ſacrū nulla voce mala obſtrepente
Alterū eſt ſacrificale verbū minus vulgo notū in eandem ſententiā/
paſcito linguā hoc eſt coerceto/cōtineto/taceto. Nāq; vt ſcitiſſime re
fert Hieronym⁹ & in decretis canonicis. Diſt.v.de cōſecratione repe
titum eſt. Verborū multitudine nō flectit̄ deus: qui non tam verbis q̄
corde eſt adorādus. Hinc in cerimonia Romanorū diua angorona di
gito ad os admoto ſilentiū denūciabat.huc quoq; pertinet Arpocra
tes ęgyptiacæ religionis deus:qui figurabatur ore obſignato vocem
premens/digitoq; ſilentiū ſuadēs. Cū igit̄ ſilentiū ſalutare ſit. garruli
tas ſtulta & detrimentoſa/caueamus ne de nobis ꝓuerbia duo merito
dicantur:τρυγονοσ λαληστεροσ.id eſt turture loquacior & λω
λωναι ονχαλκειον. Dodoneus lebes.Ne ſimiles ſimus mulιercu=
lis:quæ lingulacæ ſunt & largiloquæ: De quibus dictum eſt. Nullam
inuentā eſſe mutā in om̄i ſęculo.& cū nihil æque fœminas ornet ac ſi
lentiū/qđ græce dicitur σιγηκοσμον φερει ταισ γυναιξι. Fœmi=
næ noſtri ſęculi hæc ornamēta nō norūt.cultū hunc repudiāt. & ſcho
la Pythagoræ obturata gymnaſium loquacitatis aperuerūt. vbi ſine
doctore dociles:imo vbi om̄es magiſtrę ſunt:tā veteranę q̄ tyrūculę
vbi tot pariter pelues & tintinabula dicas pulſari. etem̄ vt inquit ve=
riſſime Plautus. Supellex mulieris eſt clamor.

Ligulacę fœminæ.
Gymnaſiū loquacitatis.
Supellex muliebrį.
Vallū dētium.

Nos vero decet meminiſſe: quēadmodū natura vallum dentium

oppoſuit petulantiæ verborũ cohercẽdæ. Quod Homerus appellat ερκοσ οδοντων. vt ita verba quæ volantia poetæ appellant detractis pinnis intra ſepimentũ hoc cohiberẽtur. Bene em̃ exiſtimatũ eſt orationẽ non in ore naſci debere: ſed in pectore. linguãq; quibuſdam quaſi vinculis ſuffrenandam. Nam vt inquit Heſiodus. γλωσσησ τοι θησαυροσ εν ανθρωποισ ιν αριστοσ. id eſt optimus eſt homini linguæ theſaurus. Heſiod⁹.

Ennius in hoĩe graphico abſolutoq; laudat imprimis linguæ parſimoniam. illo verſu. Secũda loquens in tẽpore cõmodus & verborũ vir paucorũ. Oratio Flacco datũ eſt vaticiniũ: Garrulus hũc qñ cõſumet cũq; loquaces: ſi ſapiat: vitet. Nos ergo ne garrulorũ garrulitate cõficiamur vitemus loquaces. & ipſi ꝓcul ſim⁹ a Therſita Homerico. quẽ αμετροεπη. i. ſine fine verba fundentẽ: Maximus poetarũ eſſe ſcribit. Tacendũ ſemper eſt vt olim dixit Maro noſter niſi cũ aut taciturnitas ſit obfutura/ aut oratio profutura. Græci canunt. κρειττον σιωπαν η λαλειν α μη πρεπει. & ουδεν σιωπησ εστι χρησιμωτερον. i. meli⁹ eſt tacere q̃ loqui indecora/ nihil ſilẽtio eſt vtilius. Ennius Therſites Homericus

Ego adeo prouerbiũ hoc canendum cenſeo: turture loquacior/ vt ſuadeam potius illud alterũ τεττιξ ακανθιοσ. i. cicada acanthina/ & illud βατραχοσ σεριφιοσ: id eſt rana ſeriphia: qđ de mutis dicitur/ & taciturnis. Siquidẽ mutas eſſe ferunt minimeq; canoras acanthinas cicadas. & item ranas in ſeripho inſula obmuteſcentes ꝓpigni. Malim equidem dici vt eſt in alio græcorũ prouerbio. κωφοτεροσ κιχλησ. id eſt taciturnior turdo q̃ turture loquacior. Sed cum virt⁹ ſit quædã vt græci dicunt μετριοτησ: id eſt mediocritas. nolim tamen ita ſeruare ſilentiũ/ vt ſilentio peream. id qđ amiclis ferunt cõtigiſſe. Vnde ſcite Lucelius. Mihi neceſſe eſt loqui/ nam ſcio amyclas tacẽdo periſſe. Scitũ quoq; eſt illud. Caput ſine lingua pedaria ſententia eſt: Et vt inquit Flaccus. Cũ vitant ſtulti vitia in cõtraria currũt. Ego in me cupio probari illud Horatianũ. Dij bene fecerunt inopis me q; q; puſilli finxerũt animi raro & perpauca loquentis. Lingua quæ animi interpres eſt: vt ait Lucreti⁹: Animi ſenſa expromat nõ ineptias. Occurrat hoc in loco fortaſſis auditor Cat⁹ & ſolers. inquiens. Quid tu magiſter qui tãtopere probas laconiſmon/ & laudas linguæ parſimoniam tam linguax es & largiloquus. cur quod in alijs carpis. id in te inſigniter oſtentas? τρυγονοσ λαλητεροσ. Cicada acãthina Rana ſeriphia. Taciturnior turdo. Amyclæ ſilẽtio periere.

Audi auditor bone. loquacitatẽ futilem & inſcitam taxamus: multiloquium carpimus. in quo nulla ſubiecta ſententia eſt/ nec ſcientia. Sed ſi orator ex prõptuario litterario erudita depromit idq; longa facit orõne: nõ tã loquax q̃ facũdus eſt habẽdus. nec illa tam eloquẽtia Loquentia.



231

Eloquentia.

exiſtimãda q̃ eloquẽtia. Ciceronis oratio vt ꝓximo vtar argumento ea dicit̃ eſſe optima: q̃ eſt longiſſima: quid ita? Quia eloquentiſſimus/ eruditiſſimus/eloquẽtiſſimus eſt: hęc aũt fandi copia & dapſilis dicendi vbertas cũ in cęteris Tullianis voluminibus elucet tum in orationibus eſt eminẽtiſſima. De quibꝰ dicere poſſumus id qđ de Platonis

Phauorinus de oratione Platonis

oratione phauorinus dicere ſolebat: ſi ex Ciceronis orationibꝰ verbũ aliqđ demas muteſue atqꝫ id cõmodiſſime facias de elegãtia tamẽ detraxeris Nõ ſunt longa quibꝰ nihil eſt qđ demere poſſis: & ſicut arbores nihil perinde ac proceritas atqꝫ altitudo cõmendat: ita Ciceronianas orationes nihil magis q̃ copia atqꝫ vbertas exornat: quarũ virtutes multiiugæ ſigillatim quotidianis lectionibꝰ explicabũtur: & ſole clarius apparebit. ꝙ prouerbium τρυγοροσ λαλησ τεροσ Turture loquacior. nõ cadit in Ciceronẽ. nec in alterum quẽpiam/ qui fluento eruditæ ac lepidæ orationis inundet. Sed in eos qui cũ loqui neſciant tacere nõ poſſunt: qui futili garrulitate diffluentes ea loquitant̃ atqꝫ deblacterant/ in quibꝰ nec pes/ nec caput appareat. De quibꝰ dici poteſt tertium quoqꝫ illud frequens apud græcos adagium. γραωρ

Vetularũ nugæ.

υθλοσ: id eſt anicularũ deliramenta & nugæ: Quod vitiũ procul abfore dictis noſtris/ ſcriptiſqꝫ ꝓmittimꝰ: Quod vt in ꝑſentia re magis q̃ verbo præſtem/ cõpendioſiora percurram. & quantũ ad hoc prouerbium pertinet verbum non amplius addam.

Prouerbium eſt Platonicum. αραγκη ουδε θεοι μαχονται.

Neceſſitati cedunt dij. Liuius Palladiꝰ. Dionyſius. Ioſippus

id eſt aduerſus neceſſitatẽ nec dij quidem pugnant: quo ſignificatur neceſſitati nihil reſiſtere/ ac reluctari poſſe. Apud Liuiũ ait. L. lentulus bareatur neceſſitati: quã ne dij quidem ſuperãt: Apud eundem inquit Meſſius volſcus: neceſſitate: quæ vltimũ ac maximũ telũ in ſuperiores eſtis. Scite & eleganter a palladio dictũ eſt. Neceſſitas ferijs caret: Dixit Dionyſius neceſſitati etiã dei cedunt: Ioſippus in bello inquit nihil eſt neceſſitate pugnacius.

In decretis canonicis. Diſt. i. de cõſecratione. Neceſſitas legẽ non habet. A Valerio maximo. Neceſſitatis leges amariſſime: & imperia

Parce filie neceſſitatis. Apuleiꝰ. Trimegiſtus.

truculẽtiſſima optimo epitheto nũcupantur. Plato & Plotinus Platonicus doctiſſime ſcripſerunt parcas. αραγκησ: id eſt neceſſitatis filias eſſe: quæ vna cũ matre fuſum torqueãt/ & in cuiuſqꝫ generatione cõuoluant. Hinc Platonicus alter. Non minus nobilis Apuleius noſter Deum inquit vltrix neceſſitas ſemper & vbiqꝫ comitatur. Ille quoqꝫ ter maximus/ vt nomine ipſo apparet/ Trimegiſtus docet queadmodum ειμαρμερη: id eſt fatum & neceſſitas ambæ ſibi inuicem indiuiduo cõnexæ ſunt glutino. quarum prior ειμαρμερη rerum omniũ parit initia. Neceſſitas vero cogit affectum.

Verũ cũ philoſophandũ ſit iuxta Neoptolemum ænnianum paucis. Iam a ſublimioribus ad humiliora. a philoſophicis ad hiſtorica tranſiliamus: quæ oppido iucũdiora ſunt. Et cũ multa ſint veterũ memoriarum documẽta quib⁹ manifeſtiſſime demonſtratur neceſſitatẽ eſſe ineluctabilem inuincibileq; erimus in præſentia cõtenti hoc vno exẽplo. qđ præ manib⁹ eſt: qđ ab re: quã molior haud quaq̃ eſt alienũ et αναγκη: de qua loquor accommodatiſſimum.

Philoſophandũ paucis.

Hiſtoria recõdita memorabilis.

Attaginus Thebanus cõuiuio magnifice/lauteq; apparato Mardonium ducem perſarũ: et cũ eo honoratiſſimos perſas numero quinquaginta: totidemq; Thebanos inuitauit: eoſq; in mẽſa alternos perſam & thebanum diſcũbere iuſſit. Aderat & huic cõuiuio Therſander orchomenius claritudine natalium inſignis: ſecundũ cœnam cum libero patri parentarent: & poculis indulgerẽt perſa ille: qui iuxta therſandrum recũbebat. hominem vt fit in cõuiuali hilaritateq́ interrogat cuiatis eſſet. Ille reſpondet ſe orchomenium eſſe. Tum perſa quoniã inquit tu mihi menſæ cõſors & compranſor es effectus: volo tibi ſententiæ meę relinquere monumẽtum: vt ipſe quoq; præſcius huius rei queas tibi cõſulere cernis hos perſas eum mardonio acceptos in conuiuio opipare ac magnificenter? Et copias quæ in caſtris noſtris relictæ ſunt: horũ omnium paruo poſt tẽpore pauciſſimos cernes ſuperſtites. & interloquendum lachrymas vbertim effudit. Tunc Therſander ea oratione Attonitus ad Perſam inquit. Nonne Mardonio hæc expedit dicere & his perſis. qui ſecundum eum ſunt in exiſtimatione? Ille autem ſubiecit verbũ dignum memoratu. O hoſpes inquit. Quicquid ex deo fieri oportet id homini inuitabile eſt. Nam ne credibilia quidem dicentibus credere quiſq̃ vult. hoc permulti perſarum ſcim⁹: et tamen Mardonium ſequimur illigati neceſſitate. hæc perſa therſandro orchomenio denarrauit veridicus prorſus vates. Siquidem mox paulo apud plateas prelio iuſto victi & magni occidione occiſi euidẽter oſtenderunt neceſſitatem eſſe ineffugibilem & illud eſſe veriſſimũ: qđ velut ex oraculo cecinit Cleantes. Ducunt volentem fata nolentem trahunt.

Cõuiuius attagini:

Scitũ pſę

Mardoniũ ſequimur neceſſitate.

Ineffugibilis neceſſitas.

Ex hac neceſſitatis lege: quæ impotẽtiſſima eſt: factum eſt: vt ego non Apuleium provt volebam deſtinaueramq;: ſed. M. Tullium: de quo nihil penitus cogitaram cogar publice ꝓfiteri cur hoc? dicam ſi potero. Dederam cõmentarios meos Apuleianos Benedicto bibliopolæ primi nominis eidẽq; chalcographo hoc eſt ĩpreſſori elegãtiſſimo iãpridẽ imprimẽdos: vt opus abſolutũ/ hoc maxime tẽporeq́: quo ſtudiorum culturam auſpicamur in publicũ exiret ac ꝓmulgaretr: idq; ſe facturũ impreſſor ipſe receperat. eamq; res bene ſuccedebat: cũ ecce

Bñdict⁹ bibliopola & Impreſſor.



232

pœnuria chartę quis crederet? opus hęſit ĩchoatũ: eteni̇̃ ꝓxima ęſtate quã torrentiſſimã perpeſſi ſumus ſiccitate tãta laboratũ eſt vt chartarij officinatores chartas glutino percurrere/& cõſequẽter peragere nequiuerint. Itaq; hæc ciuitas quę alioq chartam finitimis populis affatim ſolet ſubminiſtrare inopiam chartę ſenſit: cui⁹ vſu cõſtat ĩmortalitas hoĩm. Nec hoc cuipiã mirum videat̃ cũ Tiberio principe ſterilitatem chartę Romana quoq; ciuitas ſenſerit. factumq; ſit rei tã neceſſarię inopia: vt e Senatu darẽtur arbitri chartę diſpenſandæ. alias in tumultu vita erat. Ergo igit̃ cũ Apuleius a carcerib⁹ ad metas impreſſorias progredi nequiuerit ex animi noſtri ſententia: feci iuxta vetus verbũ illud: vt Quimus aiũt: Quãdo vt volumus nõ licet. & iuxta illud alterum. Si nõ poteſt fieri qđ vis/id velis qđ poſſis. Dedi manus αναγκη id neceſſitati: cui velis nolis parẽdũ eſt. quã ne deus quidem ſuperat. Verũ memor veteris ꝓuerbij: qđ ait gladiatorem in arena capere cõſilium: nec illius ſentẽtiæ oblitus/qua aiũt. Cõſilium ſub manu naſci debere: eueſtigio meipſum cõſului neſcio an bonũ conſiliarium: cõſilioq; domeſtico vſus ſtatim cenſui nihil fieri poſſe congruentius: nihilq; auditorib⁹ vtilius: q̃ vt maximo Poetarũ/maximus Oratorũ copularet̃. Itaq; Lucio Apuleio: quem neceſſitas vetat. M. Tulliũ ſubdidi ſuccedaneũ. Qđ ſane bono conſilio factũ videri poteſt vt ſcilicet duo columina doctrinarũ alter poetarũ inclytiſſimus. alter oratorum Deus. Ambo extra oẽm ingenij aleam poſiti iunctim irẽt: iunctimq; enarrarent̃. Et me Hercules in vtroq; oẽs fandi virtutes eluceſcũt: de quorũ laudib⁹ melius eſt ad præſens tacere: q̃ pauca dicere: cum ad laudandũ pro merito Virgiliũ & Tulliũ: Vergilio & Tullio laudatoribus opus ſit. Pręterea in libro Orationũ mearum extant vtriuſq; ſcriptoris lucuienta præconia.

Sterilitate chartæ laboratũ.

vt Quimus.

Cõſilium ſub manu.

Columia doctrinarum.

Cæterũ ne parthis mẽdacior (vt dicit̃) inueniar: neue dicar vt ẽ in veteri græcorum ꝓuerbio κρητιζειν hoc eſt cretas mendaces imitari tantiſper orationes Ciceronis enodabim⁹. Donec ĩpreſſor apuleianis interpretamẽtis extremã manũ impoſuerit. Imponetur autẽ cõtinuo poſt ſolẽnia dñi natalitia/chriſtianorũq; ſaturnalia: tũc fidẽ exoluam tũc nomen expugnam: & qđ iamdiu ꝓmiſere ipſe pręſtabo. Erit autẽ hęc ꝓcraſtinatio ſcholaſticis oppido q̃ conducibilis. Nãq; interea aliquot Ciceronis orationes explicabũtur a nobis. ea diligẽtia/eaq; omnifaria eruditione. vt ianua laxiſſime reſerata reliquis deinceps orationibus oĩbus videri poſſit: vt qui vel pauciſſimas audierit: cęteras ſine interprete citraq; doctorẽ audire ipſe & ꝑ ſe intelligere queat haud ſane difficulter. Anno aũt a ſalute dñi Milleſimo quingenteſimo quẽ Iubileum nominitãt: perinde ac auſpicatiſſimo & memorando anno

Parthis mẽdacior.

κρητιζειν.

Apuleium fauſte/ac fœliciter initiabimus. Et quoniam Iubilei facta
eſt mentio: nõ fuerit ab re pauca quædam ad Iubileũ pertinentia hoc
potiſſimum loco explicare. Vos (vt cœpiſtis) quæſo libentibus ani=
mis/& auribus auſcultate.

De Iubi= leo ſcitu digna

Iubileus res eſt & dictio Iudęorũ. Apud quos quinquageſimus ꝗ
libet annus erat ſacroſanctus. Nã vt in Leuitico ſcriptũ legimꝰ. Deꝰ
moyſi quicũ familiariter loquebať pręcepit: vt annũ quinquageſimũ
ſanctificaret: eoqꝫ remiſſio daretur cunctis Iudeę habitatoribus. Itaqꝫ
om̃is venditio redibat ad dñm. om̃is poſſeſſio ad priſtinũ poſſeſſorẽ
creditores a debito relaxabãtur: ſerui libertate donabãtur: & ob Iubi
lei ſanctificationẽ agri erant feriati. Ex hoc inditũ eſt iubileo nomen
ꝙ lingua hæbraica (vt docet Ioſephus in libris antiquitatũ) ſignifi=
cat libertatem. Quidã (inter quos eſt Nicolaus de lira) tradũt hębrai=
co vocabulo buccinam Iobel nũcupari. Vnde Iubilei nomen inclina
tum ſit: ꝓpterea ꝙ buccino tubæ & clangore menſe ſeptimo iubileus
denũciabatur. Petronius arbiter iubileũ annũ remiſſiuum ſignificare
auctor eſt. Item eo pentatheuci libro: qui inſcribitur numeri: Iubileus
interpretať annus remiſſionis. Sicut ergo apud iudęos iubileo remiſ=
ſio dabať rerum corporaliũ: Sic nũc apud chriſtianos indulgeť remiſ
ſio: vel vt vtar vocabulo Cypriani. Remiſſa peccacorũ atqꝫ noxarũ
Legitimus autem iubileus eſt quinquageſimo quoqꝫ anno. Qua in re
ſubit admirari iudaicã inſtitutionem: quæ ex cõtẽplatu numeri ſepte
narii: qui numerus eſt ꝑfectiſſimus: iubileũ obſeruandũ pręcepiſſe vi=
deri poteſt: Septẽ enim annorũ hebdomades. hoc eſt anni ſepties ſe=
pteni cõficiunt climactera vitæ humanæ periculoſum. vt merito poſt
numerũ potentiſſimũ/eũdẽqꝫ in hominibꝰ efficacem. De quo in libel
lo Septem ſapientũ copioſe diſſerui: ſubſequať annus iubileus plenꝰ
bonorũ & beatitatis: quẽ cũcti mortales fauſtum/fortunatũqꝫ ac fœli
cem ominãtur & optant: quo cupimꝰ animis/corporibuſqꝫ defœcatis
mũdi puriqꝫ & perinde fœlices reliquũ æuũ poſſe traducere.

Iubileus qd

Remiſſa noxarũ.

Cal. Ia= nuarij au ſpicabãť artes

Sicut ergo priſci: quorũ inſtitutionibꝰ vita noſtra formať. Calen
dis Ianuarij principio anni auſpicabãtur ſuas quiſqꝫ ætates/& litibus
ſuperſedebãt: & dulcia guſtabant: vt fœlici auſpicio totus annus iret
dulcis & fortunatus. Ita nos anno iubilei hoc eſt anno libertatis/an=
no remiſſionis/anno ſanctificationis/anno optatiſſimo: ad quẽ mor
talium vota ſuſpirant auſpicabimur vna cum noſtris commentarijs
Aſinũ Apuleianum vere aureũ: vere bracteatum: vt auro: fœliciqꝫ au
ſpicatu vita noſtra fœliciter & fortunate ꝓgrediatur: vt poſſim deni=
ceps cõmentando/legẽdo/ſcribendo ꝓdeſſe nepotibus: poſteritatiqꝫ
cõſulere. Et nos ingenij monumentis vixiſſe teſtemur.

## Epilogus.

Habetis viri clariſſimi ſentētias populares:non populari opinoꝛ trutina examinatas a nobis:ſed morali potius & litterata ſtatera per penſas.Habetis ꝓuerbia quorū vſurpatio minime ludicra videri de= bet:cū his ſcateant volumina Philoſophorū :cum his nō abſtineant ſanctarum legum cōditores.Deniqꝫ cum ſcriptores om̄e genus ꝓuer= bijs perinde ac condimētis libros ſuos referciāt :quorū hodierna ex= plicatio & ſi iam quadam tenus lectionibus noſtris accommodata eſt nunc maxime adglutinetur & cohęrenter adhęreſcat.

Prouer= bia in li bris phi= loſopho rum.

Vulgares ſententiæ ſunt Prouerbia. Vulgares ſcriptores ſunt Vir gilius & Cicero. Quid enim magis in ore vulgi eſt: quid vſu popula ri magis detritū.Docti/indoctiqꝫ/vrbani/et ruſtici opifices oēs pueri= mulierculæ Virgiliū Ciceronemqꝫ nouere.nihil vulgare magis:vterqꝫ quotidie excutitur:quottidie comprobatur. et cum ex illo prouerbia li verbo.Quot capita tot ſententię /fiat:vt ſcriptor qui vni placeat al teri diſpliceat qđ vnus & alter probant:pluſculi improbent :in Virgi lio Ciceroneqꝫ probando cūſpirant omnes tam amuſoteri q̄ litterati. Nec tam pedibus q̄ animis vadūt in eandem ſententiam laudationis Iam vtriqꝫ ſibi hoc laudis prope peculiariter vēdicauerūt vt appella tione Oratoris.M.Tullius.Appellatione poetę Virgilius ſignificen= tur:quorum duorum virtus non indigna vllius pręconij amplius eſt Tāta claritas ſuperfluit. Prouerbiorum doctrina ſeria eſt & frugifera vt docuimus & medulla ſuccoſior.Maronis:&.M. Tullij doctrina :q̄ ſeria:q̄ frugifera ſit & medulla ſuccoſa :qui neſcit /nihil prorſus ſcit: qui ignorat/nihil non ignorat.qui duo ſcriptores quāto magis legū= tur:tanto magis legendi ſunt.quorum lectio pueris neceſſaria : iuueni bus vtilis:ſenibus periucunda.Deniqꝫ illi ſe profeciſſe ſciant.quibus Cicero & Virgilius valde placuerint:qui haud dubie oſtendunt verum eſſe prouerbium illud. πολλοι μαθηται κριττορεσ διδασ= καλων.Multi diſcipuli meliores præceptoribus. Namqꝫ ꝙ Maro & Cicero lōge doctiores doctorib⁹ ſuis fuerint:nemo vnq̄ homo dubi= tauit:cū doctrina illorum:& nomina in vulgus ignota ſint:aut per di ſcipulos cognita. Grammatici tradunt Sironē epicureum fuiſſe Vir gilij præceptorem.Nonne hic inglorius/ignobiliſqꝫ eſt:cum diſcipu= lus ſit glorioſiſſimus/inclytiſſimuſqꝫ.M.Tullius perinde ac gratus di ſcipulus hanc gratiam ſuis magiſtris rependit. ꝙ eos laudabiliter ce= lebrat:& honorifica nuncupatione percenſet. In tantū diſſimilis iſtis qui præceptores ſuos non ſolum parentis loco non habent:vt præci pitur:ſed eos clanculo in angulis vellicant: cōuitiiſqꝫ proſcindunt ac obtrectant. Ita gloriā adipiſci ſperantes: ſi doctorib⁹ derogauerint.

Vulgares Vergili⁹. &.M.tul. Quot ca pita : tot ſentētiæ.

Orator Tullius. Poeta Virgili⁹.

Prouer bium. πολ λοι μα θηται. Virgilii p̄ ceptor

Veræ prorſus laudis expertes. Nam qui obtrectatione pręceptoris fa
mam aucupatur infamiam inuenit: & in omni proborū cœtu exibila
tur:exploditur vt improbus:formidatur vt vipera:fitq; odium publi
cum.non ſecus q̄ qui parentibus maledixerit. Etenim præceptor ani
morum parens ac formator eſt:quē niſi omni verborum honore pro
ſequamur:niſi vbiq; locorum: vbiq; hominum honorifica mentio=
ne dilaudemus/Impij nefarij ſcelerati meremur nuncupari. Quanto
magis ingenue/& ſancte/& officioſe agit.M.Tullius noſter qui nomi
natim magiſtros ſuos celebrat. videlicet in arte oratoria Menippum
ſtratonicenſem/tota Aſia illis tēporibus diſertiſſimū/& Dionyſium
magnetam.Xenoclem adramytenū.Cū primus vero memorat Apo
lonium Monoleum Rhodium clariſſimum tunc dicendi magiſtrum:
In dialectica Diodorum ſtoicū. in philoſophia Philonem & Antio=
chum.quos om̄is fama obſcura recōdidiſſet/ & vetuſtas oblitteraſſet
niſi diſcipuli gratiſſimi monumēta illorū nomina perire nō ſinerent.
Qui fuit tanto maior doctoribus/quāto maius eſt dare lumen q̄ acci=
pere:& ſane fuit neceſſariū/vt diſcipuli meliores magiſtris exiſterent.
Alioqui ingenuæ diſciplinæ om̄es iam decoxiſſent. Iam ad nihilum
artes fere omnes redijſſent quas cernimus ad ſummū faſtigium perue
niſſe: dū proficientibus ingenijs prouerbiū hoc quotidie cōprobatur
ϖολλοι μαθηται κριττορεσ ΔιΔασκαλωμ. Multi diſcipu=
li meliores præceptoribus.Ego quantū ad me attinet connixus ſum
pro viribus dies/noctes incudem hanc litterariā tundendo ne præce
ptore meo Franciſco puteolano homine vt tunc tēpora ferebant/elo
quentiſſimo/eruditiſſimoq; deterior/neue minor exiſterē. An id aſſe=
cut⁹ ſim aliorū ſit iudiciū. In hoc haud dubie laudādus ꝙ auſus ſum/
ꝙ volui/ꝙ valui decertare cū illo/ea videlicet cōtentione q̄ honeſtiſſi
ma eſt:in qua vincere & vinci pæque pulchrū atq; magnificū eſt. Nā
vt inquit ille:in magnis voluiſſe ſat eſt. Ad hoc pulcherrimū certamē
vos omnis ꝓuoco:vt ita mecū decertetis: ſicut ego feci cū magiſtro
meo Franciſco puteolano quē honoris & amoris cauſa nomino.quē
omnimodis laudibus celebro.qui litteras litteratas/ſenio pœne inter
mortuas & ſitu ſqualētes.ad lucē nitoreq; cū primis reuocauit.cui ac=
ceptū refero quicquid eſt in me doctrinarū.eam illi mercedem liberali
ter rependēs.quā Mandraytus thaleti pulcherrimā pſoluit. & ſane ex
ludo p̄ceptoris mei tanq̄ ex equo Troiano innūeri bō lr̄ati exiliere:q
ad ſerias mox doctrinas & queſtuoſiora ſtudia ſeſe laudabiliter cōtule
rūt.Ego vero ſectā doctoris:nec pœnitet:fauorabiliter ſectatus ſū.&
vna mecū Dec⁹ meū Minus Roſcius:quo mihi hō nemo amicicior ē
quē nobiliū eruditiſſimū:Eruditorū nobiliſſimū appellare merito cō

Contra maliuo=los diſci=pulos.

Magiſter animorū parens.

Pręceptores.M. Tullij.

Præce=ptor⁹ me⁹ Frāciſc⁹ puteola=nus.

Proper=tius.

Laus frā ciſci pu=teolani.

Laus Mi ni Roſcij

ſueui:qui in hac politiori litteratura tantũ ꝓfecit/tamq̃ emũctus eſt & terſus: vt meũ eſſe cõdiſcipulũ Symmyſten conſectaneũ poſſis agnoſcere. Cęterũ vt domũ repedem⁹. cupio & ↄpto a vobis in hac pugna litteraria ſupari. In qua diſcipuli victoria ad gloriã redũdat magiſtri ſuperati. etenĩ laus eſt pręceptoris diſcipuli ꝓfectus. Ita mecũ contendite vt Virgilius. &. M. Tullius cũ ſuis p̃ceptoribus cõtenderũt: quos

Pulcherrima poſſeſſio doctrina.

pulcherrimo in certamine victos plauſibiliter pręterierũt: planiſſime oſtendentes veriſſimũ eſſe ꝓuerbiũ: πολλοιμαθητοι κριττορεσ διδασκαλωρ multi diſcipuli p̃ceptoribus meliores. Pulcherrima poſſeſſio homini doctrina eſt vt muſæ græcorum teſtantur. canentes καλλιστορεσ τιρκτημα παιδια βροτοισ. compotes vos huiuſce tam precioſæ poſſeſſionis facient. M. Cicero/ & Virgilius. Eloquẽtia in hęreditate mortalib⁹ relicta.

Similes prato tullius & maro.

Quorũ volumina ſunt prato ſimillima. Nã ſicuti in eodẽ prato bos herbã quærit: canis leporẽ. ciconia lacerten. villica fungos. virguncula flores. Ita grãmatic⁹/ poeta/ Orator. Philoſophaſter ſuis quiſq̃ ſtudijs aptiſſima colligent ex Ciceronis/ Maroniſq̃ penoribus.

Saginandi pabulũ tul. & Virg.

Quorũ pabulũ eſt citra faſtidiũ. eoq̃ ingenia maxime puerilia ac iuuenilia ſunt ſaginanda. & cũ alios dulcia/alios ſalſa/alios auſtera/alios ſubamara delectẽt. Ciceroniana fercula & Maroniana mire faciũt ad palatũ oĩm & ſtomachũ. Nos vero inſtar archimagiri pulmẽtaria Ciceronis & Maronis per ſe eſculenta cõdimẽtis quoq̃ noſtris eſculentiora facere tentabim⁹. & cum ſimili

Similitudo faſtidij mater

tudo faſtidij mater ſit: ea coddituraru͂ varietate condiemus: vt ſuccũ ſcitiſſimi ſaporis/longeq̃ noto diſſimilem. guſtantibus vobis edulia Tulliana & Maroniana habere videantur.

Qđ reliquũ eſt vobis gratias ago & habeo multiiugas. qui me audiuiſtis nõ vt pharmacopolam: ſed auſcultaſtis diligenter & libenter

Prouerbium.

vt oratorem. & vt Oratio prouerbialis a ꝓuerbio inchoata ꝓuerbio quoq̃ terminet̃: vellem/ vt adagium eſt græcorũ αρτιπελαργειρ. id eſt gratiam rependere poſſe qđ illi vſurpant de his qui gratiã beniuole reponũt ϖελαργοι enim: id eſt ciconię ſeneſcẽtes parẽtes educare eoſq̃ ſenio laſſeſcentes ac alarum remigio defectos ſubleuare humeris/ac ſuccolare dicuntur.

Antipelargein.

Ciconia pia.

Vnde ciconia auis pia vocat̃. & Antipelargoſis renumeratio/retributioq̃ beneficiorũ nominatur. indeq̃ ortũ eſt ꝓuerbiũ hoc αρτιπελαργειρ: qđ beneficiũ retribuere & gratiam referre ſignificat: cuius enarratio in calce orationis hodiernę ſit vobis pro gratiarum actione/& huiuſce officij/ ſcholaſtici remuneratione.

Antipelargoſis

Finis Orationum & prælectionũ Philippi Beroaldi. In ædibus Aſcenſianis.

## Angeli Politiani Viri diſertiſſimi Oratio quā edidit pro Oratoribus Senenſium ad Alexandrum ſextum Pontifi=cem Maximum.

ET ſi chriſtiana omnis reſpublica electiōe Romani Pōtificis
quēcūq; eū tandē eſſe cōtigerit: gaudere ſemper iure/ ac læta
ri debet. quoniā ſine paſtore grex domini periclitatur: tamē
hoc tēpus eſt. B. P. in quo profecto redundantē lętitiā ſuam
cohibere homines nequeunt: q̧ is tu nobis pontifex maximus conti
giſti: cuius & prudentiā & virtutē diu Romana reſpublica eccleſiaq;
maximis/ arduiſq; in rebus experta admirataq; ſemper eſt. Verum Se
nenſi ciuitati hoc eſt reipublicæ noſtræ ad cōmunē hanc omniū chri=
ſtianorū propriæ quoq; & peculiares accedūt lætitię cauſę. ſic vt pœ
ne a ſedibus cōmouere ſe ipſa/ & ſua quadam voce gratulatū venire
ad te: tuiſq; ſe aduoluere ſanctiſſimis pedibus velle/ ac geſtire videatur
Sed quoniā hoc facere eā natura non ſinit: nos ad te ciues ſuos. B. P.
publicæ gratulationis oratores miſit: qui ſcilicet in hoc celeberrimo/
gratiſſimoq; nobis munere totius ciuitatis impleremus. Gratulamur
igitur tibi Alexander ſexte Romane Pontifex: q̧ ad rerum humana
rum faſtigium ſubuectus: immo ad diuinitatē ipſam plane ſublatus:
omnia pręter deum minora/ inferioraq; te videas: ſic vt reges etiā ipſi
& principes adorare ſubmiſſi veſtigia tua & puluerem pedum tuorū
lingere nō modo nō dedignētur: ſed loco etiam præclari muneris cō=
cupiſcant. Gratulamur & chriſtiano gregi: cui tu videlicet is paſtor
diuina prouidentia datus es: vt illum facile tutū/ ſecurūq; pręſtiturus:
& a furum inſidijs/ & a luporū incurſibus videare. Gratulamur quoq;
nobis ipſis hoc eſt Senenſi ciuitati priuatis quibuſdā gratulandi cau
ſis: quas proxime ſuo loco cōmodius attingemus. Poſt hoc aūt obe
dientiā tibi humilem/ ac deuotū obſequium vero Chriſti in terris vica
rio: quāta maxima poſſumus veneratione exhibemus: paratoſq; ſem
per forte pollicemur etiā vitā ipſam/ & ſanguinē: vbi opus ſit ꝓ in eo
luminate/ & dignitate ſanctitatis tuæ/ Romanæq; eccleſiæ ꝓfundere.
Tum iidem & ſentimus/ & clare profitemur hoc obedientiæ officium
nō ad gratiā vllam: ſed ex debito tibi eſſe offerēdū ſic vt a quoq̄ mor
talium ſine ſummo ſcelere/ ſine grauiſſimo periculo prætermitti neq;
poſſit/ neq; debeat. Nam ſi rerum natura ordine quodam miro/ & pul=
cherrima varietate diſtincta eſt: ſic vt a ſummo ad imum per medios
quoſdā gradus/ diuinitatis imago refulgeat: quanto hic ordo magis
atq; hæc varietas nexa inter ſe apta/ & congruēs in eccleſia ipſa cōſpi
ci/ atq; eminere debet: quæ prorſus naturā tranſuolat: omniq; impetu

conatuq; ſuo tēdit ad grām. An vero triūphās illa in cœlis eccleſia: ordine miro fulgebit angelorum: quorum alij alijs præfecti ſubiecti ve ſint: Hæc vero militans eccleſia ad illius exemplar in terris inſtituta incondita erit: & carebit ordine? Et quo pacto igitur terribilis erit: vt caſtrorum acies ordinata? Aut quomodo omnino acies: niſi in ea ad vnū quaſi imperatorē diuerſi quidā ordines alijs alij gradatim ſed parētes: vel imperātes redigātur? Siquidē vnitatis vnius ipſius quæ maxime in eccleſia quęritur cōgruentior cauſa eſt: vnus q̄ multi: quocirca ille etiā rerū naturæ ſagaciſſimus interpres Ariſtoteles vbi diutius optimā præſtantiſſimāq; regendę/ac gubernādæ vniuerſitatis rationē quæſierat: ſic Homericis tandē verbis exclamauit: rex vnicus eſt: rex autē/& princeps noſter haud dubie Chriſtus eſt: cuius in terris locum vertex apoſtolorū Simon obtinuit: etiam Petrus ob id appellatus: q; ſuper eū domin⁹ quaſi ſuper petrā eccleſiam ſuam fuerat ędificaturus. Huic & claues cœleſtis: terreniq; regni: & poteſtatē Chriſt⁹ illam immenſam tradidit: vt q̄d ligaret in terris/aut ſolueret: ligatum ſolutūq; etiā foret ī cœlo. Hic eſt cui ī cœlū aſcēſur⁹ mādauit vt oues paſceret ſuas: quo verbo vicariū/ſucceſſoremq; eum ſibi & inſtituit/& cōſecrauit. Hic eſt etiā quē venire ad ſe ſuper mare ipſum relicta nauicula iuſſit: quia nō nauē hoc eſt eccleſiam vnā ſicuti alij ſuā quiſq;: ſed mare: hoc eſt ſæculū ipſum ſuſciperet gubernandū. Hic eſt etiam cui dixit vni vt ſe ſequeretur. Hic idem vnus linteū illud cœlo demiſſum vidit quadrupedibus omne genus ſerpentibus volatilibuſq; refertū: ac ſurgere/occidere/ & manducare inde viſus eſt: vnde etiā merito de illo mater decantat eccleſia. Tu es paſtor ouiū: princeps apoſtolorū: tibi tradidit deus oīa regna mundi: vt igitur hęc oīa in pauca conferātur/& ordinē habere militās eccleſia debuit: & is ordo ad vnū quaſi caput fuerat referēdus: & totius eccleſiæ caput/ ac fundamentū Petr⁹ eſt apoſtolus. Sed quando eccleſiam ſuam Chriſtus inſtituit: vt non protinus euaneſceret: ſed ad cōſummationē ſęculi vſq; perduraret: dubitandū nō eſt: quin poteſtas illa tanta in ipſius quoq; Petri ſucceſſionē: quaſiq; e poſteritate deſcenderet: Oportuit eñ (vt Paulus inqt) tā diu hanc durare poteſtatem: q̄ diu eccleſia ipſa ædificatione indigeret. ædificatione autē aduſq; finē ſęculi indiget: in quo electorū numerus cōplebitur. Iure igit̃ ꝑ patrib⁹ tuis nati ſunt tibi filij canim⁹ in eccleſia Cōſtitues eos principes ſuper omnē terrā. Neq; eñ fas erat: vt ordo ille apoſtolicus a ſapiētiſſimo Ieſu Chriſto inſtitutus in ſui ſtatim primordio deficeret. Sed quis rogo verus Petri ſucceſſor? An alius q̄ romanus pontifex? Non eñ epiſcopi ſedes eſt in qua primo: ſed in qua poſtremo ſederit. Petrus autem Hieroſolymis: Antiochiaq; relictis

Romã iubente domino: Romã hoc eſt in locũ paſcuæ ſuæ properabat: ibi ad extremum vſq; vitę ſpiritũ paſtoris functurus officio.
Q; ſi Petrus loco domini ſemper. ſi Romanus pontifex petri ſucceſſor: & Chriſti vicarius in terris eſt: profecto iure diuino caput omnes tibi ſancte pater: & genua inclinamus: omneſq; tibi tanq̃ ipſi domino Ieſu Chriſto obtemperamus: tãtamq; tuã. B. P. eſſe poteſtatem fatemur: vt iudicia quoq; tua firma immobiliaq; permaneant: quaſi deus ipſe per te iudicet. Nec autem poteſtas iſta conferri homini ab homine tanta potuit: ſed ille ſolus contulit qui Romanã eccleſiam ſolus fundauit: & ſupra petram fidei mox creſcentis erexit: quiq; beato Petro æternæ vitæ clauigero: terreni ſimul & cœleſtis imperij iura commiſit Quapropter Apoſtolicæ Sedis iura: priuilegiaq; ſic alteradices: atq; ita in ſolidum egertum: vt transferri: cõmouveriq; nõ poſſint. Trahere fortaſſe tentabit quiſpiam: ſed eas non viribus vllis rumpere: nec duro poterit conuellere ferro. Si autẽ in veteri lege tantus pontifici honos diuino imperio habebatur: vt qui iuſſa illius detractaret extremo ſupplicio afficeretur: quid nobis faciendum Chriſtianis nomẽ illius gerentibus eſt? qui ſic vicarijs ſuis locut⁹ eſt: q vos audit &, me audit: qui vos ſpernit. & me ſpernit? Læſæ ꝑfecto diuinæ maieſtatis crimen incurrit: quiſquis dum chriſtianũ ſe aſſerit: ſedi iſti apoſtolicę obedire contẽnit. Verum ſit alijs cõmunis hæc & publica: nobis aũt hoc ẽ Senenſi ciuitati priuatæ quoq; ſunt. & propriæ huius prẽſtãdi officij cauſæ. Nam & Romana ſemp ita nos eccleſia ꝓtexit: vt illi vni libertatẽ: dignitatẽ: incolumitatẽq; noſtrã debeamus. Et tu⁹ ille ſedundum carnem patruus in pontificatu autẽ p̃deceſſor ſanctæ ĩmortaliſq; memorię Calliſtus eius nominis tertius toto eam ſui pontificat⁹ corpore atq; omnibus eccleſię Romanæ viribus auxiliante etiã diuinæ virtutis principe Franciſco Sphortia ab Iacobi picinini incurſu impreſſioneq; defendit. Idemq; æneam Piccolomineũ noſtræ ciuitatis hominẽ doctrina & nobilitate prẽſtantiſſimũ prẽſulem tunc Senenſem in ampliſſimũ fratrum ſuorũ Cardinalium collegium cooptauit. Qui quidem poſt eius obitum ſtatim ſucceſſor idem in pontificatu electus & pius vere nobis: & ſecundus fuit: quippe q rempublicam noſtrã pene ab interitu ad vitã reuocauit: viribus firmauit: auctoritate munijt: dignitate auxit: opibus honeſtauit. vt ne plura q dẽ: aut maiora optare a ſuperis noſtra ciuitas auderet. q̃ quot in eã pius ille põtifex: quãtaq; cõtulit. Enimuero ſi referri oĩa ad ſuas cãs debẽt: ſicuti certe debet: ꝑfecto q; viuimus: ꝙ libertatẽ nr̃am tuemur: ꝙ dignitate/ gl'ia/ diuitijs aucti Senenſes decoratiq; ſumus: nulli poſt deũ neq; magis/ neq; pri⁹ q̃ patruo illi tuo adorandæ nobis memorię Calliſto acceptũ referim⁹



236

A'quo videlicet tanq̄ a fonte quodā perēni: tāta illa in nos /tancꝫ af=
fluens oīm rerū felicitas redūdauerit. Nec vero ingratus:aut imemor
accepti a Caliſto beneficij pius fuit:ſed expeditionē quam ille aduer=
ſus imaniſſimū turcæ gentis tyrannū ſuſceperat:obitu interpellatam
ſtatim vt ipſe ad pontificatū adſcitꝰ eſt: ita nauiter continuauit: vt in
ipſo molimine/apparatuqꝫ rerum vitam efflauerit:nihil ſibi neqꝫ ad ſa
lutem certius:neqꝫ ad laudē maius exiſtimās: q̄ ſi ſanctiſſimi illius ſa=
pientiſſimiqꝫ pōtificis promotoris/deceſſoriſqꝫ ſui veſtigijs inſtitiſſet
Cæterū illis forſitan importuna mors tātum illud decus ob idip̄m in
uidit: vt hæc ad te laus integra/illibata / indeflorataqꝫ deſcēderet. Nā
ſapientia ſingularis cuius tā multa experimēta tot annis ſacri princi=
pes ſenatus dediſti:& præſtans animi magnitudo:qua mortales cre=
deris om̄es antecellere: & ætas ipſa pariter auctoritati retinendę labo
ribuſqꝫ ferendis idonea:& vigor iſte tuus oculorū ac vultus: plenæqꝫ
dignitatis:plena maieſtatis facies:ac totius corporis viuida q̄dā vis
& ſolidū robur. Tum iſtud ipſum Alexādri nomē oībus orientis po=
pulis formidabile.quod tibi credo nō fruſtra : ſed diuinitus adoptaſti
magna quædam de te nobis rara/ardua/ſingularia/incredibilia /inau=
dita pollicentᷣ.Nō em̄ dubitatᷣ quin receptura /retētura qꝫ ius maieſtatē
qꝫ ſuā Romana eccleſia ſit:quin virtuti & bonis artibꝰ bonos te pōtifi
ce ſit habendus ac viri docti diſciplinisqꝫ om̄e genus ingenijſqꝫ floren
tes p̄nia laborū ſint vigiliarūqꝫ laturi : quin principes oēs chriſtiani
arma quibus inter ſe nūc impie ſęuiunt cōtra Maumeticā potius rabiē
impulſu/auctoritateqꝫ tua conuerſuri ſint. Tibi em̄ tibi laus hæc vere
Alexandro debetᷣ nō magno:ſed maximo nō regi:ſed pōtifici. Tūc
enim vere tu paſtor:cū beluas illas teterrimas tot annos chriſtianorū
hoc eſt:tui gregis cruore:& cædibus paſtas:totiqꝫ quotidie Italiæ atqꝫ
adeo ſedi iſti tuę ſanctiſſimæ rabidis faucibus ihiantes baculo iſto di
uinæ poteſtatis repelles/abiges/ cōtundes.Q đ vt fortiter aggredi cō
ſtāterqꝫ nō dubites en ip̄a tua te patria pulcherrima illa Hiſpania nūc
maxime adhortatur:quæ quaſi rebꝰ tuis prępludēs regē/regināqꝫ ſuos
diuinis honoribus efferendos alacri ſtudio in bellum ſecuta maximis
quidē laboribꝰ & periculis/ſed maiore ꝓfecto laude gloriaqꝫ barbariē
illam truculentam.& fœdā noſtris totiēs cladibus triūphantē Europę
tandem finibus exturbauit. Sed quid ego hæc apud te ſumme ponti=
fex:quaſi vero aut meæ partes ſint tui adhortādi: ac non potius ado=
randi:aut tu ſtimulis indigeas vllis incitanduſqꝫ cuiq̄ ſis:qui tua ſpō=
te nihil vnq̄: niſi arduum/niſi excelſum / ſingulare : vel cogitas / vel
moliris.Quare finem dicēdi faciā:ſi prius rempublicā noſtrā dedititiſſi
mam deuotiſſimāqꝫ tibi ſancte pater cūctis animi & cordis viribꝰ ſup

pliciter cõmendauero : quę nõ minus Alexandro ſexto põtifice maximo nunc exultat: q̃ olim Alexandro tertio ciui ſuo Romano item pontifice exultauit. illo qui Federici imperatoris veniam petẽtis ceruicem pede calcauit. Nam neq; dubitamus quĩ tuti ſemp ſub vmbra alarum tuarũ Senenſes futuri ſimus: ſicuti ſub aliorũ pontificũ præſidio fuimus hactenus: & bñficia cõmodaq; nec pauciora abs te nec minora prorſus expectamus: q̃ olim a patruo illo tuo ſãctiſſimo põtifice acceperimus. Reliquũ eſt: vt deũ optimũ maximũq; precemur vt fœlix: fauſtũq; tibi ſit ſemp q̃cquid agas quicquid cogites: vtiq; in iſta ſublimi cathedra ſedẽs: atq; imperans annos Petri pcul excedas: quo videlicet oues tuæ vocẽ agnoſcẽtes tuam: tutę vndiq; ſub tanto paſtore & ſaturę diutina ſecuritate perfruantur. Dixi.

Pro oratoribus Florentinorum ad Alphonſum Siciliæ Regem.

AVdito Ferdinãdi ſapientiſſimi regis obitu florẽtina ciuitas inuicte Alphonſe rex: nõ minus cõſternata eſt/ q̃ ſi ipſa quoq; tecũ parente indulgẽtiſſimo eſſet orbata. Nullũ eñ ab eo noſtra reſpublica vel ſtudiũ/ vel officiũ deſiderabat: qđ pręſtare vnq̃ Pius genitor etiã chariſſimis liberis cõſueuiſſet: vt q eã totiẽs & cõſilio iuuerit: & opibus defenderit/ & auctoritate muniuerit. Itaq; in cõmuni quaſi luctu nos ad te ciues ſuos venire iuſſit: vt tecũ gemitus/ lamẽta ſuã vicem cõferremus: cui poſtq̃ muneri ſatiſfeciſſemus. tũ colligere nos ea tecũ pariter mãdauit : quib⁹ cõmunis dolor ſi nõ penitus tolleretur/ at certe minueretur. Multa autẽ ſeſe nobis offerunt quę nimium luctũ quaſi ſuo iure caſtigent. Sed illa in primis ꝙ perpetuo quodã tenore felicitatis eſt vſus: dũ vixit Ferdinãdus: ꝙ exitum habuit facilẽ: nõ annis melioribus fraudatus: non faſtidia triſtioris ſenectutis expertus ꝙ ſuperſtitem ſibi gloriã reliquit: ſic vt iuſtitię/ ſapientiæ/ cõſtantiæq; fama: quæ propriæ regię ſunt virtutes nemini etiam veterum cõceſſerit. Ad hęc regnũ tibi tradidit : hoc eſt cui maxime debuit: cui maxime voluit opulẽtum: trãquillũ: pacatũ: viris/ armiſq; florẽs. Tibi inquã regnũ hoc tradidit Alphõſe rex maximo natu filio: tot reb⁹: tot bellis exercitato: quem totiẽs victorem complexus eſt/ totiens triũphantem proſecut⁹ : cuiq; viueus adhuc regni totius habenas domi/ foriſq; tradiderat : cuiuſq; vigilãtia fret⁹ in vtram vellet aurem( qđ dicitur) ocioſus dormiebat. Quos autem tibi fratres genuit? Q̃ quidem ſentientes? Q̃ etiam ſemper vnanimes? Quem vero etiã nepotẽ vidit ex te natum : ſibiq; cognominẽ regię vere indolis iuuenem? Iam caſtris regendis idoneum miris excellentẽ virtutibus: expreſſiſſimã quãdã( vt vere oẽs dicũt) imaginẽ vultus/ animiq; tui. Mitto neceſſitudines alias/ amicos/ ſocios/ adiu



237

menta :pręſidia :ſtabilimẽtaq; regni tanta: mitto populariũ ſtudia quę prius etiã per ſe prompta :tua tamen quoq; liberalitas euocauit. Hęc igitur atq; alia :quæ breuitatis ſtudio pręterco :cũ tot tãtaq; ſint/ vt neq; plura neq; ãpliora optare homines pudentes audeant a ſuperis :ingrati profecto ſimus :ſi non ratiocinetur :quę reliqui ſũma fiat. ac ſaltem bona ipſa cum aliis compẽſemus. Reliqum eſt rex magnanime Alphonſe: vt rei publicę noſtrę nomine: quę tibi deditiſſima eſt oĩa polliceamur :demuſq; fidem nunq̃ Florẽtinos tuos vlla in te quæcũq; ſors ceciderit defuturos. Dixi.

Pro oratoribus Florentinorũ ad Alphonſum Siciliæ Regem

QVanta nos affici lætitia credis: quãto eſſe gaudio pfuſos inuicte Alphõſe rex: cũ tãta oĩm alacritate/ſtudioq; populorũ tenere te pacatiſſimũ regnũ moderariq; videmꝰ Q̃d inaudita quadã virtute tuus ille diuiniſſimꝰ auus peperit. q̃d incredibili ſapientia prouidentiſſimꝰ pater gubernauit. Et eñi ſi votis optandus rex fuiſſet nõ alium profecto: quicũq; rebus Italis fauent a ſuperis popoſciſſent: q̃ eũ principẽ: qui ductu imperioq; ſuo diſſentiẽtem Italiã pacauiſſet. Idemq; feras illas & ſanguinarias Turcoꝝ nationes: tot cõtentionibus/tot præliis: tanto labore: tanto etiã periculo a noſtris iugulis: a noſtris ceruicibus: a tẽplis: ab altaribus depuliſſet: q deniq; res aduerſas fortiter: ſecũdas moderate ferre: vtrãq; fortunã expertus didiciſſet. Atq; hę bellicę quidem laudes queãdmodũ tuę ſunt Alphonſe rex proprię ſcilicet et peculiares :ita illę pacis artes certatim ſibi te vindicãt: fides: iuſtitia : grauitas: altitudo aĩ: moderatio: cõſtantia: tum liberalitas: indulgentia : clemẽtia : comitas effabilitas: humanitas: quę maieſtatem pariter & gratiã cõciliant Et cum mortales oĩes ad te amãdum /colendũq; alliciant : regii tñ Diadematis fulgori nihil officiũt. Iam quãtum ingenio/quãtum cõſilio valeas quis ignorat: Memoria certe rerũ/verborũq; tãta tua eſſe dicitur: vt pene prodigio ſimilis habeaĩ. Litterę autem tã multę: tãq; elegantes: vt illuſtrare etiã profeſſores ipſos atq; hoc vnũ ſemp agẽtes abunde queant. Itaq; ſi nunc Socraticꝰ ille Xenophõ reuiuiſcat minime dnbitandũ ſit : quin Cyro illo præterito te ſibi vnũ deligat. Alphonſe cuiꝰ ad exemplar imaginẽ perfecti regis/atq; oĩbus abſoluti numeris effingat. Merito igitur gratulanĩ tibi oĩes quicũq; rẽpublicam Italoꝝ ſaluam cupiũt. Sed in cõmuni lætitia vehementiꝰ tamen Florẽtina ciuitas exultat ſic: vt vix capere animis inexplebilem lętitiã poſſit. Quę tam multis vltro/citroq; meritis atq; officijs diu iam ſe tibi rebuſq; tuis inenodabili vinculo copulauit. Ipa medi aſſidius tecta vrbis & mœnia nobis huc proficiſcẽtibꝰ geſtiebant: &

q̄d rerũ natura uon patitur reuelli pene a ſolo vrbs/& cupere ipſa nobiſcum ire ad te gratulatum videbat̃:q̄ quoniam non potuit nos tñ potiſſimũ ciues ſuos publice miſit: vt iſto nobis gratiſſimo munere defungeremur:quo etiam priuatim tibi moribuſq̧ tuis:& eſſe & fuiſſe deditiſſimos intelligebat. Gratulamur igitur tibi rex inclyte publco patrię nomine gratulari(ſi loc⁹ ferret)etiã priuato:tibiq̧ & tuis diem illum quo regno patrio atq̧ auito inaugurat⁹ es auſpicatiſſimũ eſſe volumus/ac deum optimum maximum p̄camur vt proſperis initiis rerum tuarum perpetuum diue fœlicitatis tenorem/ac poſtremo ſecũdiſſimos exitus accõmdet. Dixi.

Pro prętore Florẽtiuo ad Dominos ineũtes ſummũ magiſtratũ.

LAudanda hęc in primis cõſuetudo a maioribus vr̃is tradita Magnifici potenteſq̧ domini: vt apud vos Vrban⁹ prętor ſummũ ineũtes magiſtratũ de iuſticia verba faciat. Quo videlicet vna opera & vos officii veſtri admoneat/& ipſe ſui remiiniſcat̃. Nã qui iuſtitiam colit:eũ neceſſe eſt vt virtutes etiã cęterę comitent̃. oĩum quippe nutrix & mater iuſtitia:quæ ſi in animis verſetur ſapiẽtia:ſi in corporalib⁹ bona valitudo:ſi in domo cõcordia: ſi in ciuitate pax:ſi deniq̧ in mundo prouidentia nominatur. Hãc q̄ habeant hi nec metu perturbantur/nec pudore cõfunduntur: nec ſollicitudine carpũtur: nec angoribus excruciantur: ſed ipſi ſibi cõſtãt & quę ſincera voluptas eſt trãquillo animo ſemper & quieto perfruũtur. Itaq; gens indorũ:qui Pedalii vocãtur:nihil a diјs aliud in ſacrificiјs q̄ iuſtitiã poſcebant. Qua vna impetrata omnia ſe adeptos arbitrabant̃. Sed cum tueri iuſticiam mortales om̃es debeãt: tũ vr̃um in primis hoc munus excelſi/potenteſq̧ domini. Quorũ qui prim⁹ eſt ipſo ſe nomine iuſtitię ferre vexillum ꝓfitetur: vt qui deinceps eũ ſequimini nihil aliud om̃ino aut eſſe:aut dici q̄ eiuſdem iuſticię milites fortiſſimi/ac ꝓpugnatores acerrimi deebatis. Nihil igitur verbis aut meis opus eſt vobis:aut cuiuſq̄. Si locũ/gradumq̧ & ordinẽ iſtũ cognoueritis:in quo vos ſenatus/populuſq̧ Florẽtinus collocauit Quo circa finem dicẽdi faciã:ſi pri⁹ illud epitecti ſtoici dictũ veſtris auribus ingeſſero. Nemimem recte aliis ius dicere niſi qui iudex pri⁹ ipſe in ſemet fuerit. In Feſulano Ruſculo. M.cccc.xciij.

Iuſticia.

Pedalii.

Hermolai Barbari in Paraphraſin Phyſices Themiſtij Prefatio ad Antonium Galateum.

PHiloxenum Erixidis & Gnathonem ſiculũ gulæ ꝓceres: imo vero extremos:ac perditos gulones/cupediuoraſq̧ ĩfamãt litterę:q̄ cõuiuiis adhibiti emũgere ſe ĩ pultariis ſoliti eſſent:vt abſtinẽtib⁹ cęteris ſoli epulis ampliter fruerentur. Idem



238

mihi videntur peccare:qui ſtudia liberalium artiũ docere:aut ſcribe=
re ingreſſi: vocabul ſordidis:& ex intima plebei ſermonis fece acce=
ptis fœdãt & cõtaminãt omnia: vt bonis mẽtib⁹ : & p̃clariſ ingenijs
aut auerſis:aut perterrefactis ſoli rerũ potiant : voluptenturq; citra
æmulũ. Ita fit: vt qui Paulo modo humanius educati/inſtitutiq; ſũt
nõ reformident hęc adeo:ſed fugiant/oderint/deſpuant. Contra ru=
diſſimus quiſq;/infantiſſimuſq; admoliri manus iis audeat. Q đ nõ
cõtingeret: niſi ꝙ (vt in ꝓuerbio eſt) balbi balbos intelligũt. Ac ſũt
quidem nũnulli tam male affecti/animatiq;: vt putent quæ in philo=
ſophia:matheſi:iuris ſcientia tractantur:latinæ dici aut explicari nõ
poſſe:non tam propter egeſtatem linguę/& rerũ nouitatẽ (vt Lucre=
tio videtur) q̃ ꝙ ſentiũt humanas litteras: quaſi negotiũ faceſſere:&
impedimẽto eſſe maiorib⁹ doctrinis. In quo alii etiã importuni⁹:ſto
lidiuſq; affirmant pugnantia eſſe hęc nõ alio genere: q̃ ea quæ diſpa=
rata & cõtraria aientibus dicũtur. Proinde vitio vertũt:ſi qui vtrũq;
aut iunctim condiſcat:aut ab eloquẽtiæ ſtudiis ſe ad philoſophiam
cõuertat. Hi ſunt q plauſus modo in celebritatib⁹ captant: qui per vr
bes vehũtur cõſpicui: qui vnicos ſe Ariſtotel lectores : narratoreſq;
et crẽdũt/& p̃dicant. Durius fortaſſe verbũ: q̃ vt vel homo minime
iurgioſus/ĩmodeſtuſq; afferat: vel vt abeſſe ab eo iuidia poſſit. (Sed
fortis fortuna) dicendũ eſt. Nihil æque pernicioſum in omni republi
ca eſt: q̃ iſta perſuaſio : nihil tota vita incõmodius/indigni⁹/fœdius
q̃ puerſio hęc & deprauatio ſtudiorũ. Addicerem hoc neceſſariis re=
bus & teſtibus:ſed nolo eſſe longior in re nõ dubia. Illud nõ poſſum
tacere: hoc qđ vulgo creditur : philoſophos non eſſe rebus gerẽdis
aptos/nauoſq; nõ aliunde habuiſſe ortũ: q̃ ꝙ ex iis plurimi: dũ ſe to
tos ponunt in vna illa: cui addicti ſunt arte: aſperantur/& deſerũt cæ
tera: eloquentiam abdicant. Id eſt cultum & elegantiam vitæ. Hiſto
riam negligunt id eſt magiſtram/& ducem bene ac beate viuendi: de
qua et vſus rerum omnium prouenit:& peritia tota reipublicæ admi
niſtrandę/conſtituendęq; paritur. Hi cum legati ad externos mittũt
cũ prętores iuri dicundo ſedent: cũ in ſenatu ſententiã rogãtur mirũ
nõ eſt: ſi aliquãdo præſentibus riſum excutiũt: ſi fatua: ſi delira: ſi ex=
trema deblaterant: ſi tota eorũ nõ plus incompta: q̃ imprudens ora=
tio eſt. Et Hercules nullum hominũ genus viſitur tam abhorrens a
ſenſu cõmuni: tam diſtorto & corrupto iuditio: q̃ q aut philoſophi=
am: aut ius ciuile: ſine litteris cultioribus adierũt: ſed mittam⁹ obſe=
cro hos: qui nõ verbis/ſed ferula cõmonẽdi eſſent. Niſi ꝙ ſenex eſt
pſitacus negligit ferulã. Prius tñ q̃ hinc decedo de genere hoĩ ita ſta
tuo: queãdmodum luſcitioſi exquiſitius cernũt veſperi : q̃ interdiu:

ita hi facilius præpoſtera/& confuſa: q̄ recta & explanata percipiūt ea quēadmodum qui miſere degūt (vt inquit Plato) dicūt humanū genus felix ac beatū eſſe non poſſe: ita qui diuerſum a muſis ingeniū obtinent: negant habitare eas poſſe in quibus ipſi artibus verſent. Cæterū hortor te mi Galatee vt adoleſcētibus iſtis veſtris nouitios philoſophos cum veteribꝰ cōferas: penſiteſq; vt quātum interſit intelligāt. Incūbe oīni ſtudio/labore/dexteritate/prudētia: vt opinionem illam. de qua ſuperius dixi: quæ fere in hominum mētibus obduruit/aut diſcutias/aut mollias. Ita eīn & illos priuatim & litteratos oīnes in cōmune promeritus fueris. Multū te in hoc iuuabit P ōtanꝰ noſter: cuiꝰ tanta eſt vel doctrina/vel auctoritas/vel vtrūq;: vt ſperare ſit eū (ſi vires intēderit) talē huic malo futurū: qualis aut ſpingi ædipus: aut hydræ Hercules fuit. ꝗ ſi quos nactus fueris egregie pertinaces (ſunt eīn & in volucrū/& i terreſtriū genere animalia quæ fœtidis gaudeāt) ad hos tu ceu aui præpoſtera ortos luſtratos: & intemperiis actos/ac plane poſitos/deploratoſq; ne manum quidē admoueas. Nūc reſtat vt de meipſo tibi aliqua dicam. Mirari te nolim ſi infinitos errores: quos iſti partim imperitia linguæ. partim Ariſtotelicæ diſciplinæ inſcitia prælegūt/& defendūt in ſcholis: nō coarguo. Nec eīn hanc prouinciā ſuſcepimus ſcribendi res phyſicas: vt cum illis tanq̄ in palęſtra (vt dicitur) certaremꝰ de laude/& gloria: quippe quos vincere nullū negociū ſit: ſed vt vel nobis ipſis cōmētaremꝰ. Hęc ſi nullos habituri lectores eſſemus: vel ſi quibus idem qui nobis ſtomachus eſſet iis ad bonas litteras aliquid opeculę adderemꝰ. Nec eīn ſpiritus magis magnos in hoc q̄ vtiles (vt ille inquit) afferimus. Nec de nobis quicq̄ magnopere arduum pollicemur: ſed quędam tn̄ inueniſſe nō negamus: quę aggredientes ad hęc tantiſper morari nō inuenta potuerint. Illud tēpus eſt in calce vti dicamus: nos tibi interpretationem in paraphraſin phiſces pro noſtra veteri/ac ſtabili neceſſitudine volentes dicaſſe. Alioquin dicaturam hāc ſtipulatꝰ a nobis es. Cum eſſemus iſtic: Oppineratam tibi fidē reluimus q̄ q̄ præſcriptione vti poteramus & fori/& decēnii. Sed beneficio harum legum renunciāt philoſophi: quibus in fraude ponitur vel furioſo abiurare gladium. Vale. Venetiis. M.cccc.lxxx.

Hermolai Barbari in Paraphraſin Themiſtii peripatetici Prefatio ad Sixtum quartum Pontificem Maximum.

QVi tibi ſtudiorū ſuorū opera nūcupāt Sixte Pōtifex ſumme quarte: alii id agūt: vt te vtcūq; ſibi ꝓmereant: alii vt fructū aliquē ſētiāt iudicii tui de ſe: alii vt abs te tm̄ ꝓbētur alii ob alias cauſas. Ego vero hęc tibi dedico. Tū vt meā in te obſer

uātiam pręſertimq; Zachariæ patris: qui iſtic ad te pro Venetis agit legatꝰ: agnoſcas. Tū vel maxime: vt te pro fide ea (q̄ a me tibi vt pri=cipi meo debet̄ ſumma) inſtituti illius tui preclari & diuini cōmoneā qđ protinus q̄ creatus pontifex es: flagrātiſſime amplexꝰ videris ad iuuādi/prouehendiq; litteras: quę ꝓculdubio ſine auctoritate & dili=gētia doctiſſimi principis: aut interiturę penitꝰ videbant̄: aut ad pri=ſtinā barbariē rediturę. Nā & ingenia vndiq; cōduxiſti: & bibliothe=cam opulentiſſimā ære tuo impēſaq; publicaſti. Nūc te obſecrāt: ob teſtanturq; bonę oēs artes: ne (quę tuæ maximę occupationes ſunt) negligētiuſcule in poſterū habeant̄. Errāt qui credūt grauius eſſe cū quibuſue hoſtibus: q̄ cū imperitis/& indiſertis bellū. Inteſtinū hoc et intra parietes/ac perpetuū. Illud externū/tēporariūq;. In eo liber=tas: iperiū: vita ſub alea eſt. in hoc labes animi certa. Per illđ deſinas viuere: vt res peſſime cedat. Per hoc viuas oīno: ſed viuas non hō. A barbaris: a feris: a vulgo differimus: ꝙ litteras habemꝰ: illi nō ha=bent. Cęteris vincimur. Tolle hoc diſcrimē: deteriores ſimꝰ: q̄ barba ri: q̄ feræ: q̄ vulgus. Hoc tibi (qđ cœpiſti) Spectandū identidē/ꝓmē dūq; aſſidue ꝓpoſitū eſt. Nullæ ſint cogitationes tuæ tā: multę: tā ar=duę q̄ curā tibi hanc/aut excutiant/aut offundāt. Sub Nicolao prin=pe exercere ſe/ac reuireſcere ſtudia cœperūt. Niſi tu (qđ facis) facere perſeueres: neceſſe eſt: conſeneſcant denuo atq; decedant. Igitur The miſtium e familia Ariſtotelis elegātem philoſophum: ad te in latinū ſermonem couerti: ratus non ingratiſſimam tibi rem me facturum: ſi philoſophia ea (quæ de natura eſt) latinis litteris quanta modo le=gitur in ſcholis contineretur. Videbam nihil incultius/horridius/in=eptius: q̄ partē iſtā litteraturæ haberi. Placuit piclitari in Themiſtio an iſtæc quoq; proprietatem & lucem Romanæ linguæ reciperent. Oppido q̄ laboratū mihi in hac interpretatione eſt. Nō tam ꝙ nihil iuuari ab iis auctoribus potui: qui Ariſtotelē cōmentari fœde: ac bar bare pridem ſunt: q̄ ꝙ ne ab illis quoq; qui ætate noſtra latinam elo quentiam progreſſi gręca eius philoſophi commentaria trāſtulerūt Horum plęriq; dum alienam inſcitiam inſectantur: ſuam prodidere. Adeo omnia ab iis peruerſe/deprauateq; ſunt perſtripta: vt ſi quis in terpretationes eorum cum illis veteribus conferat: quas reprehēdūt vel in aliqua Ariſtophanis libra: aut Critolai appenſas exanimet: vtræ earum vergant. internoſci non poſſit. Percēſerem ſingillatim: quæcunq; peccaſſent: niſi plura eorum eſſent errata: q̄ verba. Alio=quin non inceſſendi quemq̄: lacerandiue ſtudio: ſed iuuandi bonas mentes hæc ſcribimus. Magnam/incomparabilemq; iacturam iam=pridem fecimus Pontifex maxime in Theodoro Gaza: qui vir græ

cus latinos omnes in hoc munere ſcribēdi/interpretādiqꝫ ſuperauit.
Is ſi diutiꝰ vixiſſet: linguam latinam hac quoqꝫ parte locupletaſſet.
Qđ & fecit in libris illis abſolutiſſimis de animalibus Ariſtotelis: &
Theophraſti de ſtirpibus. Hic vnus mihi certare cum vetuſtate ipſa
viſus eſt: hunc mihi quem colerem/quē imitarer propoſui. Ab huiꝰ
ſcriptis adiutum me & fateor/ & prædico. Hunc ego non magnope
incurioſius legi: q̄. M. Tullium. Plinium. Columellam. Varronem
Senecam. Apuleium. & cæteros: quos in hoc genere cōmentandi
diligenter euoluere neceſſarium eſt. Ne ille quoqꝫ minimus labor no
ſter fuit: qđ in iis libris vertendis: nō modo non expreſſimus verbū
e verbo. qđ interp̄tes indiſertos ſolere Cicero meminit. Sed libere/&
tranſlationibus/& figuris/& tropis vſi ſumꝰ ad morem Romanum
ſenſibus ſtantibus. Luſimus arbitratu noſtro: ſed ſententiā integrā
dedimus auctori. Tantum vero abeſt: vt aliquid prætermiſerimus/
diſſimulauerimuſve: vt illd ꝑiculum ſit: neqꝫ eruditioni impēſe ſtu-
duimus addidiſſe aliqua potiꝰ q̄ detraxiſſe inuiſoribus videri poſſi-
mus. In plenum non tam latinum reddere Themiſtium q̄ certare cū
eo volui. Hęc enim laus (vt ille ait) linguæ latinæ eſt: vt græcam pro
prietatem/& gratiam in transferendo: aut æques: aut etiam antecel-
las. Hoc me non dico aſſecutum fuiſſe: ſed crimen meum confiteor.
Laboraui plane hoc ambitu. Sed an effecerim quod quærebam: alii
iudicent. Ipſe certe mea nec magnifacio: nec ꝓbo. Sed quid te prin-
ceps humaniſſime oratione longa detineo? Finem faciam: ſi quędā
de Themiſtio dixero. Is Libanii ſophiſtę/& Iuliani Cęſaris tēpori-
bus floruit a quibuſdā abbreuiator creditus Alexandri ex Aphro
diſia deeſt: ſed falſo. Nam & ab eo diſſentit haud timide. Cum colli- Para-
buit: et ab ordine/ac ſerie eius euariat. Pręterea ipſemet ſe paraphra- phraſis.
ſten Ariſtotelis facit. Eſt autem paraphraſis exercitamēti apud rhe-
toras genus. Ea finitur a gręcis hoc modo: vt ſit: quæ narrationi pro Meta
portione reſpōdeat: aut ſic in qua vertimus aliorum ſcripta. non in phraſis.
alia: quæ humiliora grandiorave ſint: vt a methaphraſi differat: ſed
imparia ſenſu mō ſeruato: qđ & Fabiꝰ duobꝰ locis ſic explicat. Tū
mutatis verbis interpretari: tum paraphraſi audacius vertere: qua
& breuiare quædam & exornare ſaluo modo ſenſu dimittitur. quod
opus conſumatis profeſſoribus difficile: qui commode tractauerint
cuicunqꝫ diſcendo ſufficient. Alio item loco. Sed & ipſis inquit ſen
tentiis addicere licet oratorium robur: et omiſſa ſupplere: & effu- Ecphra-
ſa ſubſtringere. Neqꝫ ego paraphraſin eſſe interpretationem tan- ſtes.
tum volo: ſed circa eoſdem ſenſus certamen atqꝫ ęmulationem. Di Ecphra-
ctus eſt: & a quibuſdam Ecphraſtes. Eſt autem. Ecphraſis mera: pu- ſis

240

raq; enarratio. Q đ ergo dixim⁹ inter initia doctiſſime Pōtifex ſuſceptum abs te patrociniū litterarum ne deſere: cū dico litteras: philoſophiam intelligo: quę cōiuncta cum eloquētia ſit. In te eruditio ſumma/& ſumma fortuna. Facile ſperare poſſumus tēporibus tuis futurum: vt recta ſtudia volente te (nā potes: nec alius poteſt) ad dignitatem priſtinam reuocentur. Vale. Venetijs. M.cccc.lxxx.

Hermolai Barbari In Caſtigationes Plinianias ad Alexandrum ſextum Pontificem maximum Præfatio.

QVi lucubrationes ſuas regib⁹ īſcribūt Alexāder ſexte Pōtifex maxime: veterem cōſuetudinem ſequūtur. Nec intereſt: qua materia: modo nō obſcœna. Quādo ea litterarū dignitas & quaſi p̄rogatiua ſemper fuit: vt dicari eas ſibi pricipes & honeſtū & glorioſum putarēt. Adeoq; nullū gen⁹ faſtiditum eſt: vt Iulius Pollux ad cōmodum Cæſarē de grāmātica. Vitruuius ad Auguſtū de architectura. Oppianus ad Antoniū de piſcibus: Diophanes ad Deiotarū regem de agricultura ſcripſerint. Ego vero Plinianas caſtigationes: quas legatus romę: necdū ſacris initiatus inchoaueram: optimis & doctiſſimis viris ſuadētibus perfectas: emiſſurus: grauiſſime repręhendēd⁹ fuiſſem: niſi eas (qualeſcūq; forēt) numini & maieſtati tuę cōſecraſſem. Futurū enim erat: vt cum alia/tum illud quoq; diceretur: ideo me tibi eas dicare noluiſſe: quia neſcirē aut q̄ tū ſemper ingeniis fauiſſes: aut quo demū animo princeps fact⁹ in bonos/& ſtudioſos homines futur⁹ eſſes. Nicola⁹ quintus: a te ſeptim⁹ cum ei renunciatum eſſet: quoſdā eſſe Romę: qui bonos verſus facerent: negauit bonos eſſe. Cur em̄ inquit ad me non veniūt: qui poetis etiā malis pateo? Moleſte tulit homo ſapiens: in vrbe ſua eſſe: qui litteras ſcirēt/& neſcirent. Quāto mihi iuſtius tu ſuccenſeas pōtifex maxime? ſi & militię/& ſacerdotii iure tibi ſecūdū deum: maxime deuinctus auctoratuſq; teſtimonio tuo ſępiſſime ornatus: patrocinio adiutus/auctoritate ſeruatus: cōmiſero: vt labores mei (quicunq; ſit eorum Genius) atrati hoc eſt ſine auſpicio tuo prodeant? Nam ipſe Plinius. ſi quemadmodum reſtitut⁹ fere creditur: ita redire poſſet ab inferis. Cui quæſo alij ſalutem/& dignitatem ſuā/q̄ tibi commendaturus eſſet? Quē ſimul atq; ſuſcepiſſes periculum non eſſet: vti (quæ tua fœlicitas & auctoritas eſt) denuo peſſimorum latronū præda fieret. Quinq; milia in eo fere vulnera librariorū ſanauimus/aut certe quēadmodū ſanari poſſent oſtendimus. dixi liberariorū: ne quis aut me parum pudentē eſſe: aut Pliniū erraſſe dubitaret. Fuit & hæc vtilitas: q̄ in Pōponio quoq; Mela: quē nemo ignorat corruptiſſimū haberi: trecēta fere loca/totidēq; in aliis auctoribus mendoſa/p̄pere

in tranſitu/atq; aliud agentes correximus. Nec omniũ tamen par con
ditio/Prodigioſa q̄dã & monſtris inſignia. Secũdæ tribus aliqua mi=
nuſq; fœda. Iam quædã ex cõfeſſo falſa: quædã ad electionem libera.
Erunt & quæ tutiſſimum fuerat omittere: ſi vtilibus ambitioſa ꝑtuliſſẽ
aut placere magis q̃ prodeſſe laboraſſem. Nuda aliqua: & q̄ velut no=
tare inter agnoſcentes ſatis habui. Aliqua paulo plurib⁹ verbis expli
cata. Paſſim vero auctores poſuimus (id ꝗdẽ verboſum fuit) ſed oc=
currendum erat inuidiæ. Paucıſſimis exceptis: in quib⁹ tã nõ aleã aut
libidinẽ. ſed rationem aliquam ſecuti ſum⁹. Nec mihi fiducia ẽ: vt (qđ
Fabius quoq; dixit) ea ſola eſſe contendã. Scio quędã inuenturos ad
huc qui ſagacius indagare voluerint. Vtinãq; ſit temp⁹ vnq̃: quo nr̃a
hæc & leuia: & parum neceſſaria fuiſſe videantur. Ego vero tametſi
quãtum mediocritate valui: ſummũ in iis quærẽdis & exponẽdis ſtu
diũ adhibui. Quia tum nec ſcire oĩa ꝓfiteor & cõniuere multo ſæpi⁹
atq; falli proprium eſt hominis: parat⁹ ſum: ſi vllo vnq̃ opere in hoc
præcipue: qđ ad bonorũ iuuenũ aliquam vtilitatem cõponit: non pu
dorem modo adire deprehenſus: ſed & culpæ ſatiſfacere. Reliquum ẽ
Pontifex ſumme: vt Pliniũ: & in Plinio litteratos oẽs fidei tuæ cre=
ditos: ita tueare vt oẽs intelligant te nõ modo religiõis: ſed etiã ſtu=
diorũ & bonarũ artiũ eſſe principem. Falleris/ſi aliũ fuiſſe põtificem
exiſtimas: de quo ſibi omnis ordo: ſexus: ætas: vel maiora: vel plura
ſpoſponderit. Aſſentari neſcio: & ſi ſciam nolim: Ridiculi ſunt: nec
animi tui magnitudinẽ intelligunt: qui ea te pędicant feciſſe: q̃ nou⁹
prĩceps nõdũ facere potueris: imperiũ ꝓmouiſſe: auctoritatẽ ſanxiſſe
innocentiſſimas man⁹ habuiſſe: religiõis & iuſtitiæ pertinacem fuiſſe.
Flagitant & interpretant hæc a te: laudari ſine adulatione: priuſq̃ fiãt
nec poſſunt: nec pateris. Atq; vt hæc ipſa priuat⁹ cumulatiſſime p̄ſti
teris. neſcio tñ quo pacto pinguiora q̄dã & grãdiora deſiderãt in prĩ=
cipe. Illud citra ſuſpitionẽ captatę gratię teſtari licet: cum tu maximo
rerũ vſu incõparabili prudẽtia ſuprema gloria. incredibili fœlicitate
admirabili facundia prõptiſſimo ingenio. caſtiſſima eruditione polle
as facere nõ poſſunt hoĩes p̄ſertim eruditi atq; ſtudioſi. quin ſũma oĩa
de te ſibi etiã tacẽte polliceãtur. Hui⁹ autẽ ſpei ſuę fructũ ſatis vberem
cõſecutos ſe putabũt: ſi Pliniũ ſine quo vix poteſt latina res conſiſte=
re in clientelã tuã ſuſceperis: atq; ita ſuſceperis vt opinionẽ de illo iã
receptã. nõ ſolũ agnoſcere. ſed etiã approbare videaris. Cõuelli ꝗdẽ
exiſtimatio eius nullo modo põt. Habet in manib⁹/celebrat/colit per
ſuaſiſſimũ eſt indoctos eẽ ꝗbus ille nõ ſapit. Vix tñ dici poteſt quantũ
ornamẽti atq; præſidii eminẽtiſſimo auctori patrociniũ tuum afferre
poſſe videat. Romæ Octauo Calendas Septembris. M.cccc.xcij.

Præfatio Hermolai Barbarí: cum libros Ariſtotelis domi cœpit
prælegere:quas lectiones εωθιμα vocauit. Cœpit autem mane ſub
emerſum ſolis fere.

QVod propoſitum meum eſſet in hac prouincia:quã ſuſcepi
adoleſcentes optimi: q̃q̃ priuatim & ſeorſum vobis ſæpe
dixi tamen nunc quoq; dicendum vniuerſis:& in commu=
ne puto. Animus eſt & profeſſio primũ Ariſtotelis ipſius:tum verba
tum ſenſum interpretari. Deinde qnid expoſitores eius vtraq; lingua
duxerint:referre:ſed breuiter :& cũ delectu ita nec onerati: nec inanes
abibitis:id qđ e conuerſo faciuut philoſophi ætatis nr̃æ expoſitores
eñ ipſos magna cura prælegũt. Ariſtoteles ipſe negligitur : quã qdẽ
rationẽ docendi vtrũ repræhendam:nec ne:non ſum dicturus hoc lo
co.certe non ſequor:ſed aliud eſt repræhendere:aliud non ſequi. Illud
ſine iniuria cuiuſq̃ modeſte dictum arbitror :eos qui philoſophiæ prę
cepta tradunt Ariſtotele poſtpoſito:philoſophos fortaſſe magnos
& admirabiles dici poſſe:peripateticos vtiq; vel ſaltem Ariſtotelicos
nec haberi:nec appellari poſſe:niſi quis contendat:peripateticę ſectæ
placita melius ab alijs:q̃ ab Ariſtotele ipſo tradi.Neq; tamẽ deterreri
volo quemq̃ ſi qui ſunt e vobis qui pręceptores huic inſtituto nr̃o cõ
trarios audierit:immo gratulari poſſunt vtrunq; :& q; perſpicaciores
futuri ſunt:& q; facile iudicabunt:quid interſit inter hoc & illud præ=
cipiendi genus.Contra quoq; ſi qui penitus rudes acceſſiſtis nihil pro
pterea deſperandum vobis eſt :niſi potius gaudendũ :quib⁹ cõtigerit
incunabula philoſophiæ ab ipſo protinus Ariſtotele doceri :& eam
ſtatim viam ingredi:quam clariſſimi:& caſtiſſimi quiq; ſecutores eius
ſolam nouerũt:alioquin qui putãt hũc aditũ patere nemini q ſcholas
illas philoſophię nunq̃ intrauerit:in magno verſanť errore. quãdoq=
dem tales ſcholas nec.M.Varro:nec Brutus:nec Plantius:nec Calci=
dius:nec Boetius ingreſſi:non Alexander:nõ Themiſtius :non Por=
phyrius:nõ Iamblicus: nõ *Simplicius*. Philoſophi tamen eminen=
tiſſimi: & Ariſtotelis interpretes iuratiſſimi fuere. Sed reuertor vnde
ſum digreſſus:credo polliceri vobis poſſe duas res. Alteram interp̃ta
turum me vobis intra triẽniũ vel ſummũ quadriẽniũ Ariſtotelis oĩa
volumina.hoc eſt quicquid ad dialecticẽ:quicqd ad philoſophiã na=
turalem:quicqd ad trãſnaturalẽ pertinet Itẽ qcquid ad moralem : ad
Rhetoricen:ad poeticen.Nam de omnibus iis Ariſtotelẽ ſcripſiſſe cõ
ſtat.Quorũ ne centeſima pars quidẽ legitur:nec ipſa plane legiť vide
licet.Nam ex volumnibus Ariſtotelis centũ & vigintiquinq; aut ſex
aut ſeptẽ tantũ legunť. Alterã effecturũ me pro viribus: vt nihil ſit in
Ariſtotele tã difficile:tam obſcurũ qđ aſſequi nõ poſſitis.oĩes intelli

gentia. Reliquũ eſt vt horter vos non ad hęc ſtudia. Video eñ incita
tiſſimos vos eſſe: ſed vt ad hoc deſideriũ veſtrũ ardens & cõcitatum
afferatis & diligentiã/& conſtantiã. facile magis cogitamus: vt in au-
ſcultatione naturali legit̃: ſed magis facile nõ ſequimur. Nihil eſt tam
arduum quo humanũ ingenium penetrare nõ poſſit. Sed ſine labore
ſine vigilijs peruenire nemo poteſt ad ea quæ nos a vulgo ſeperant
& a populo. Cauendum autem vobis inter prima eſt: non dico/ne per
ignauiam deſiſtatis ab incœpto: ſed ne victi difficultate videamini
atq; ita in numero corũ eſſe: quos ipſemet Ariſtoteles a lectione cõmẽ
tationũ ſuarũ reiecit. Omnes enim philoſophi diſcipulorum ſuorum
ingenia probabant. Pythagoras ex inſomnijs quę per quietem vidiſ
ſent. Plato in cõuiuijs atq; potu. Ariſtoteles vtroq; melius ex ipſa ſer
monis obſcuritate ad ſuam nõ præſentes adeo: ſed & poſteros explo
rauit: quaſi aquila infantes ſuos/ vt quorũ oculos cõniuere ſenſerit:
præcipit & e ſchola tanq̃ adulterinos: quorũ vero acies firma contra
ſteterit: educet/& recipiat: vt legitimos atq; ſuos. Quãobrem eniten-
dum vobis eſt vt huius aquilę videamini generoſa ſoboles fuiſſe: nõ
pulli degeneres & eiecti. Cæterum tacere nolo vnũ qđ ego maximũ &
præcipuũ ad ſtudia philoſophiæ comperi quod quidem qui ſequi vo
let: nemo eſt ingenio tam retuſo/tam hebeti: qui euadere nõ poſſit ad
huius apicem doctrinæ. Quęritis quid hoc ſit? Abſoluo breuiter: vo
luptatum fuga: id quod verſu quodam græco præcipitur.

γαστρος μεγ πρωτιστακαι υπνουκαι φιλοτητος.

Quem per iocum nos expreſſimus paraphraſi.

Venter: pluma: Venus laudem fugienda ſequenti.

¶ Sed finem dicendi faciã. Si addidero ijs quę dixi breuẽ ſententiolã
Nõ ſum adeo tardus/nec imprudẽs: q magnitudinẽ huius ꝓfeſſionis
meæ ignorẽ: ſed fretus ſum non eruditione aliqua mea: ſed non nulla
fortaſſe diligentia: vt qđ vel ingenio vel doctrina nõ poſſum: labore
ſaltem/& cura perficiã propter quæ ſi ſunt e vobis aliqui vel ſtudioſi:
vel amantes mei: hanc vnã mercedẽ poſtulo vt Ariſtotelẽ nõ dico di
ligenter auſcultetis/ſed ſic diligatis/atq; ametis/atq; amari quidem &
ipſe velim: Sed ſi amare ſimul duos nõ poteſtis: Ariſtotelẽ ſolũ pro
me diligite/atq; amate. amabitur autẽ tunc demũ/cum cœperit intelli
gi. Illud vero perſuaſiſſimũ habetote: nullam vobis maiorẽ volupta
tem futurã: q cũ ita familiarẽ habebitis Ariſtotelẽ: vt libros eius lege
re cõtinẽter & inoffenſe valeatis expoſitoribus nõ conſultis. hæc eñ
ſumma ꝓfectus eſt. Hic finis librorũ vnde fructus ille cumulatiſſimus
& vere beat⁹ capitur: vt cũ ipſo plane viuo & p̃ſente loqui videamur:
ſed accedendi tempus eſt ad inſtitutũ noſtrum. Dixi.

## Oratio Hermolai Barbari Zachariæ. F. Legati Veneti ad Federicum Imperatorem/ & Maximilianũ Regem Romanorũ principes inuictiſſimos.

POſtq̃ litterę tuæ ſacer Imperator iocũdiſſimũ reipublicæ noſtrę nunciũ attulere: Maximilianũ celſitudinis tuę filiũ principem Celeberrimũ/ & fortiſſimum admirabili populorũ/ & optimatũ conſenſu lectum & ſalutatũ eſſe Regem Romanorum: Senatus & vniuerſa ciuitas noſtra non contenta id per epiſtolam feciſſe: cõgratulatũ vtriq; nos miſit/ & in mandatis adiecit: vt magnitudinẽ gaudij ſui: qđ pro tãta re merito cõcepiſſet: nõ duobus modo vobis principes inuictiſſimi: ſed Gallię/ & Germanię: ſed omnib⁹ gentibus/ omnibus nationibus teſtatiſſimã & conſpicuam facerem⁹: Cum quia nihil tam amplũ/ tam glorioſum ſacratiſſimæ maieſtati veſtræ poteſt cõtingere: quod ſibi quoq; ꝓ ſua in vos obſeruantia. fide. beniuolentia cõmune non putet. Tum vero maxime quia cũ chriſtianum nomẽ/ & Romanũ imperium hoc altiſſimo prouidentiæ veſtræ conſilio diuinitus amplificatum ſit: hoc tanto/ & tam cõmuni bono ſic afficitur vniuerſa noſtra reſpublica vt ſollicita ſit: admodum ne lętitiam incredibilem ſuã oratione conſequi videamus. Cũ q̃ eñi Cæſar glorioſiſſime vt a te primũ incipiam nihil eſt fere: qđ vel a natura/ vel a virtute: vel a fortuna ſit expectandũ: quin cumulatiſſime conſecut⁹ eſſe videaris: Et iampridem ea res geſſeris artibus pacis: & belli q̃ nomen tuũ æternitati cõmendare poſſint. Hinc tamen opinione noſtra fructũ omnis ante actæ vitæ tuæ maximũ cœpiſti q; filiũ generoſiſſimũ: qui nobiliſſimas gentes/ ferociſſimos populos/ bellicoſiſſimas nationes nõ minus armis q̃ ſapientia viciſſet: Regem Romanorũ te viuo renũciari permiſeris. Multa ſunt maiorum tuorũ Cæſar egregia cũ bello: tũ pace monumenta. quorũ perſecutio neq; loci neq; temporis huius eſt: ſed omnia ea vt per ſe magna ſũt/ & immortali memoria digna: ita cum hoc vno facto cõparata multo reperiũtur eſſe minora q̃ præ ſe ferunt. Ac geſſerunt quidẽ illi rem Romanã tam pręclare vt nihil addi potuerit. Sed q̃ diu vixerunt/ & vtiq; ſibi. Tu autẽ filio tuo ad gubernacula tantarũ rerum promoto: poſteritati quoq; cõſulis/ & pluribus in futurũ ſæculis prouides ratione inuenta: queadmodũ curam publicæ ſalutis retinere videaris etiã poſt mortẽ: ratus id qđ eſt: imꝑatoris eſſe boni: proſpicere: ne poſſit eſſe malus imꝑator. Principem eſſe malum: quẽ vitia ſucceſſoris cõmendent/ & bonum videri faciant. Nã quotus quiſq; princeps nõ bonus ſit ad alterũ collatus? Cõgratulatur ergo tecum ſibi/ & ſecũ tibi princeps eminentiſſime nõ reſpublica modo noſtra: ſed chriſtianus orbis vniuerſus q; principẽ eũ

quē certatim oēs efflagitabant:& tibi facere:& ſibi habere contigerit:
Rara & viſenda felicitas tua Cæſar beatiſſime:filium genuiſſe: quem
Galliæ:quē Germaniæ:quē Barbari:quē Romani:quē populus chri
ſtianus imperatorē optare te viuo:te reluctante nō erubeſcūt. Dixi te
reluctāte. Nam hæc tua diue Federice ꝓpria laus eſt:nō min⁹ tibi q̄ cę
teris moderari. Verebaris audio modeſtiſſimus/& grauiſſim⁹ impator
ne ſi p̄cibus populorū:& principū oīm protin⁹ annuiſſes: aut charita
ti patris in filiū:aut ambitioni datū eſſe iudicareſ. Parū tibi videbaſ
pręſtare Cæſarē in alios:niſi aduerſus teipſum quoqꝫ p̄ſtitiſſes:immo
qui clemētiſſimus:humaniſſim⁹/& facillimus es in cæteros:id qđ ego
nō famæ credo:ſed expertus loquor:in te parū æquus/ & duriuſculus
eſſe voluiſti. Nihil erat apud te fuga voluptatū/& cōtinentia:quas vir
tutes vno te:nullus ante te magis cōmendauit:niſi & paternū affectū
quo nihil eſſe cōſtat in homine potētius:nihil tā legitimū caſtigaſſes
& cōpreſſiſſes. Nec enim vitiū erat in Cæſare: liberos ſuos: qui & ipſi
ſunt Cęſares ꝓtinus:q̄ naſcūtur:reges eſſe cupere: quādoquidem nō
magis honeſtū eſt:regē vocari:q̄ Cæſaris eſſe filiū. Iā patris in filios
indulgētia popularis/& plauſibilis quoqꝫ ſolet eſſe:nedum:vt vel in=
uidioſa ſit/vel ꝓboſa. Nā in Cæſare cōmēdabilis ſemp fuit in te vero
etiā expetitur:quaſi debita. Nec iam indulgētię nomē habet:ſed iuris
& æquitatis. Quis em̄ eſt filio tuo/ vel bello:vel pace clarior? quē res
aduerſæ magis exercuere. Quis proſperis/& ſecūdis minus intumuit:
quis in vtraqꝫ fortuna cōſtantior:in labore pertinax: in remiſſione di
ligens/ac pręcinctus? Mitto bellicas virtutes:quæ vt in eo p̄ſtabiles:
& eximię:ita nec tēporū ſunt oīm/nec locoꝝ. Attingātur pacis artes
quæ ſemper & vbiqꝫ ſunt vſui/ſapiētia/tēperantia/placabilitas/ inno=
cētia/religio/frugalitas. Hę in iuuene vno tā præclaræ:tā eminētes eē
perhibētur:vt ne in ſene quidē imperatore maiora deſiderare poſſe vi
deātur:futurę prorſus incredibiles:niſi eū ex Auſtria gēte celebratiſſi
ma/& filiū tuū eſſe meminiſſemus. Quæ cū ita ſint:imortales tibi gra
tiæ prouinciatim/oppidatimqꝫ habētur: & ſemp habebūtur Impator
cōſultiſſime:ꝙ ꝓ cōmuni bono verecūdiā/ & moleſtiā tuā expugnari
paſſus es. Ergo bis teipſū viciſti Cæſar inuictiſſime. Primo cū oblatū
filio tuo regnū minime diſſimulāter auerſatus/ & dep̄catus es: natura
lēqꝫ patris in filios pietatē virtute plus q̄ heroica:imo diuina quadā
mentis/& animi magnitudine ſuperaſti. Secūdo cū hāc ipſam virtutē
quo modo te viciſſes:vtilitatis publicę cōtemplatio peruicit/& impe
trauit a Cæſare:qđ impetrari nō potuiſſet a patre. Sed iamdudū mihi
Cæſar innuit. Maximiliane Auguſte princeps generoſiſſime:vt a ſe
digreſſus oratonē ad te cōuertam. Obtemperabo lubens/atqꝫ lætus:

Cōuerſio orōnis ad Maxi=milianū

cum quia laudes tuas pater ęquiore animo: q̃ ſuas audit: tum quia per
hunc modum Imperio ſenatus: & deſiderio reipublicæ melius & vbe-
rius ſatiſfecero. Ergo maieſtatis tuæ nomẽ apud nos tam celebre ſem
per fuit: vt ad diligendũ/amandumq; te propenſos: etiam colendum/
& obſeruandum impulerit. Eſt hic mos reipublicæ noſtræ peruetus/
atq; ſanctus/pernicioſos/ & improbos Tyrannos exitialiter odiſſe.
Principibus bonis/& fortibus non ſolum fauere: ſed etiam obſequi:
dignitatem eorum & amplitudinem omnibus modis iuuare/tueri: de
fendere. ætate porro noſtra nemo de regum/& principum numero fue
rit: quem collidi tecum/ & cõparari poſſe iudicemus: omnino talis/ &
tantus es apud nos: in quo vel plura/vel maiora: q̃ præ te feras: opta-
re cõminiſci/deſiderare pudor ſit: vt nemo mirari debeat: ſi lætitiã im
mortalem/gaudium incredibile/ voluptatem incomparabilem: quã
te Romano rege declarato concepimus: dicendo repræſentare nullo
modo poſſumus. Enitent ac prælucent in vno te: ſed iuuene: mirũ di-
ctu: virtutes omnes imperatoriæ/ iuſtitia/ liberalitas/animi magnitu-
do/clementia/placabilitas/abſtinentia voluptatum omniũ: & vt con
plectar vno verbo multa: q̃ immaturum æui te cernimus/tam matu-
imperij te cognoſcimus. Peruidit hanc indolis altitudinem Carolus
rex belgarum: experientiſſimus belli dux: & acerrimi vir ingenij: qua
vſq; adeo exarſit: vt nihil prius habere videretur: q̃ vt vnicam ſibi fi-
liam virginem magnæ ſpei: fœminam lectiſſimã: hęredem multarum
gentium/nationũq; futurã: & omnino quã multi reges appeterẽt: ob-
ſeruarent: ambirent: tibi vni fere puero: nec vxorio/ nec quærenti deſ
ponſare poſſet. vndeuigeſimo autem ætatis anno cum princeps ille
cui mox aſciſcendus gener eras ab leucis/& heleucis interceptus eſſet:
ſoceri tui regnum a gallis occupatum: ingreſſus: parua manu: fuſis/&
trucidatis ingentibus hoſtium copijs/ ſeruitute liberaſti. vxorem de-
functi ducis/& filiam/fortunatiſſimas modo fœminas: tu miſerrimas
& exangues: nec plus mœrore: q̃ metu confectas: omni diuina & hu-
mana ſpe deſtitutas erexiſti/ ſubleuaſti/ redemiſti. vitam earum & di-
gnitatem/& pudicitiam conſeruaſti: hoc mater: hoc prouincię tanto:
& tam immortali beneficio deuinctæ: virginẽ ope tua recreatam: vir-
tute tua defenſam: tuis armis inimicorum ereptam iniuriæ: deſponſa
tam a patre prius animo: tunc certatim opere tibi collocant: videlicet
vt eundem generum atq; virum haberent: quem habebant/ & aſſerto
rem/& vindicem. Hactenus rudimenta virtutis/ & fortitudinis tuæ di
ximus. Quid illa quæ mox egiſti/ q̃ famigerata? q̃ mira? q̃ viſenda?
nato tibi filio ciuiles ortæ ſeditiones ſunt Morinis auctoribus: quo-
rum opera factum eſt: vt chariſſimum tibi pignus neſcio: quo præte-

xtu:cuſtodiendum:& aſſeruandum eriperetur:fuit hoc eorum non per fidia:non defectio princeps glorioſiſſime:ſed fati vis hoc agentis:vt per inteſtina quoq; bella clarior:& celebrior fieres:nec enim plus eos amat fortuna:quos indulgenter habet:& quibus parcit:ſed quos iactat:quos exercet:alioquin:clari nec bello:nec pace duces intelligun tur:quibus omnia proſpere cedunt:ſed quibus contingit per labores:per erumnas:per incommoda ſplendeſcere:nam vt ſecundæ res fœlicem:magnum certe faciunt aduerſæ: Alexandrum illum Macedonem:ſunt qui minus egregium bello ducem fuiſſe prædicent:ꝙ ei nullius pugnæ non ſecunda fortuna fuerit:ꝙq; in ipſo rerum incremento nondum virtutem fortunam expertus:vita deceſſerit. In te vero:quem certa ſyderum decreta ſcœptro:patris:& ſolio deſtinauerant. Quid mirum. ſi aliqui operam dederunt:vt triſtiora tibi tempora inciderent:ne aut virtus quiete langueſceret:aut parum dignus imperio fuiſſe videreris:qui omnino futurus eſſes Imperator?Itaq; continuos nouem annos in caſtris agens:difficillima quinq; bella profligaſti:Gallicum ſiue Franciſcum:Eburonicum. Sicambricum:Batauicum:Morinicum:Quod quidem poſtremum haud facile iudicari poteſt:vtra tibi re glorioſius fuerit:eo ne:ꝙ filium tam diu tibi ademptum:auulſumq; recepiſti:an eo:ꝙ nobiliſſimas gentes:ſcientiſſimos bellicæ rei populos:vrbes opulentiſſimas ad deditionem:& pœnitentiam compuliſti:id quod nec Carolus Socer:nec proſocer Philippus excellentiſſimi duces:hic bello:ille ſapientia conſequi potuiſſe memorantur. Non cogito Panegiricum Rex clariſſime:non laboro verborum ambitu:nihil amplifico.nihil alleuo:ſed decurro per capita:& nudas rerum a te geſtarum ſummas attingo. Mirãtur tamen hæc omnes:mirãtur etiam citra fucum:et negligenter effuſa. Plus mirentur ſi qui te propius introſpicerent:et virtutes eas intuerentur:quarum præſidijs munitus tot inſignes victorias:tam multa belli decora conſecutus eſſes:videretur iſtud os:tam probum:tam facundum:hæc tracta de cœlo ſpecies:iſta lacertorum & pectoris firmitas.hic totius corporis vigor:hæc animi tempeſtiuitas:& volucritas:hic imperatorius ardor oculorũ:pręterea q̃ ferox in ꝑlio:mitis in contubernio:effuſus alijs:tibi parcus.In caſtris non veſte:non mẽſa ꝓcipuus:agũtur hyemes cum cætero milite ſub pellibus:ſudant æſtates æqualiter. Epulæ modico:& caſtrenſi cibo contentæ.Iam quis te ſolertius caſtris locũ capiat?cõmeatus expediat?Hoſtem ludificet?pugnæ tẽpus eligat?aciẽ inſtruat?vrbes obſidiõe cingat?Neq; vero partes Imperatoris:& optimi ducis imples:militis non imples:nullũ



244

tibi caſtrenſe munus ſordet .Non ſtare pro ſignis:nõ excubias ſorte
agere: non vallum ferre:nõ ſpeculatũ egredi:primus inire præliũ:po
ſtremus excedere: vtrũq; iuxta doctus:opere militẽ: & cõſilio ducem
agere:nullã tibi vel principalis fortuna: vel maieſtatis ĩperii functio=
nem remittit:nihil tibi parcis:nihil blãdiris:indulgentiſſimus cęteris
tibi parum lætus: & oĩno nihil gregario plus habes:niſi ꝙ plus labo=
ras:ratus id:qđ eſt:nõ tam honorẽ:q̃ onus eſſe ꝙ regnas. Impatoris
hoc eſſe munus: vt opes & magnitudinẽ ſuã nõ ad ambitũ/ quẽ priua
tum:ſed ad ſalutẽ/et cõmoda reipublicæ cõuertat: vtiq; nõ ĩperiũ ſibi
ſed ſeipſum ĩperio dedititiũ faciat. Sed & illa tibi peculiaria ferũtur:di
ligere quidẽ oẽs:ſed amicos etiã deligere:nõ oblatos iſtos & paſſim
obuios:de palęſtra:de ſphæriterio:de fritillo. Sed quos ad innocen=
tiam/patientiam/continentiã:ad algores:ad æſtus/ad opera militaria
ſæpius exploraueris. Neq; enim amici ſunt quicunq; vos ſequuntur
(alioquin tam multi: q̃ ſunt :vt Plutarchus inquit :in culina muſcæ)
quæ cum ipſo nidore cõfluunt:& recedũt. Sed quos amicicia dignos
eſſe iudicaueritis:eos debetis vos vltro ſequi. Itaq; cum ijs: qui ſe ti=
bi aliquando virtute commendauiſſent: conſuetudine delectaſſent:
vtilitate demeruiſſent:in omnia familiaritatis officia deſcendis:& Cę
ſarem obliuiſceris:vt amicum præſtare poſſis.Neq; vero poſtremum
inter laudes tuas poſuerim:ꝙ litteras & ingenia (ſicut audio) tam im=
penſe diligis:ꝙq; bonas artis non foues modo: ſed alis/atq; promo
ues. Imperatorium & hoc dec⁹:cum ꝙ in nullo plus emicat hic nitor:
& hoc lumen doctrinæ q̃ in regibus. Vnde natum ſit illud ex Homero
Platonis interpretatione:diſcipulos deorum non alios eſſe: q̃ reges.
tum vero maxime.ꝙ pręcepta ſapientiæ non habentibus modo pro
ſunt:ſed in alios(etiam fere dixerim plus)redundat. Quis ignorat
Anaxagoram in Pericle? Platonem in Dione multos inſtituiſſe.non
nauigaſſet ab exercitu Cato Rhodon: vt Athenodorũ audiret:Nec
Panætium Scipio videre concupiſſet:niſi tantũ in ea re: vel ornamen
ti/vel fructus ineſſe iudicauiſſent. Prætereo multa prudens: atq; con=
ſcius:nihil me fugit: q̃ religioſe:q̃ innocenter: q̃ ſancte iuuentutẽ tuã
exigas patet omnibus. obſequentiorem te patri filium: nec eſſe:nec
fuiſſe queq̃. Scio q̃ pręclare:q̃ magnificę cogitationes tuæ ſint oẽs
Non ignoro:quæ pridẽ vota conceperis nuncupaueriſq; digna prin
cipe chriſtiano:digna moribus tuis:digna Cæſare: digna teipſo. Hæ
virtutes illæ tuæ ſunt Imperator vnice: propter quas ducem ſuum te
Belgæ. bellicoſiſſima terræ galliæ pars belgæ non modo non dedignantur
aduenam & germanum:quibus alioquin tam ſunt infenſi: q̃ proximi
lingua/cœlo/moribuſq; diſiuncti: ſed appetunt vt indigenam: venes

rantur vt principem:diligunt vt parentem. Hæc ingentia tua meri-
ta.propter quæ Federicus pater innocentiſſimus:& grauiſſimus Im-
perator adduci/perſuaderiq; potuit:vti te regem Romanum ſe viuo
renuuciari pateretur. Ac differebat quidem ille primum/& cunctaba-
tur:ſimul vt verecundiam/& modeſtiam ſuam quemadmodum præ-
diximus ab omni labe ſuſpitionis aſſereret:ſimul vt exploraret aſſen
tarentur ne patri:qui pro filio tam enixe laborarent. An conſultũ ſa-
luti ſuæ vellent. Sed exemplo patuit acclamationes illas/atq; preces:
non adulantium voces fuiſſe:ſed ſtudentium.Nam adulatio ſemel eli Adulatio
ſa protinus frangitur/atq; langueſcit:Studia quo plus arcentur:eo Studium
magis gliſcunt:& exardeſcunt. Quanto nunc diue Federice gaudio
perfunderis:q filius tuus te incolumi placere poteſt Imperator? q̃ io
cundum tibi .q te comparari filio tuo ſentis? Et quoniam controuer
ſa res videtur.modo vincis.modo vinceris. Cæterum quid prouiden
tia tua dignius. Amplitudini glorioſius:clementiæ:pietati:fœlicitati
cõuenientius facere potuiſſes:q̃ vti:quem ex vtilitate publica fuit:vt
genuiſſes:eidem quoq; per patrem:et decus:& nomen Imperatoris ac
creſceret? Macte ingenti vtroq; in rempublicam merito:etiam ſi diffi
cile percipitur:vt inquit ille/pulchrius & honeſtius fuerit genuiſſe ta-
lem/an cooptaſſe.Nõ multo minor tamen veſtræ laus Germani prin
cipes integerrimi:quorum ius id eſt regem Romanum mox futurum
Imperatorem eligere:Nec enim poſſunt non optimi cenſeri:qui prin
cipes ſibi optimos proſpiciunt.Proinde cum talis:et tantus eſſet is:
quem legiſtis:vt ex omnib⁹ anteponi meruerit:& ab omnibus:ſcitote
vos vtrũq; cumulatiſſime conſecutos fuiſſe Et vt gratiæ vobis ab
omnibus immortales:& incredibiles haberentur:& vt nomen veſtrũ
æternitati commendatum & cõſacratum eſſet. Etenim vt nomine Vi-
telij/vel Othonis ſubinde admoneremur eorum:qui faces illas/atq;
peſtes ad diſſipandum/& inceſſendum orbem intuliſſent:ita hæc opti
mi principis electio nunq̃ memoriæ hominũ ſine vobis recurret:quo
tienſq; poſteri veſtri res ab illo fortiter geſtas incognoſcent:totiens
laudabunt:qui talem imperio pręfecerint. Sed redeamus vnde nos
contemplatio patris & eorum qui te legerunt abduxit.Magna per ſe
res erat omnibus punctis/omnibus ſuffragijs:et(vt ita dicam)tribu-
tim centuriatimq; declaratum eſſe regem Romanorum.Sed fecit oc-
caſio maiorem. Ea ſunt enim reipublicæ chriſtianę tempora:is habi-
us Imperij:vt non tam ſpecioſum fuerit te regem creari:q̃ neceſſari-
um/nec ad futura modo:ſed ad præſentia rerum momenta ſalutare.
Omitto ſingillatim enumerare publicas clades:omitto pcẽſere q̃ lu-
xata:q̃ conuulſa ſint omnia religionis chriſtianæ membra. Omitto



245

bella:quibus imperium hoc diſtinguitur:ſit enim piaculū in tam feſta
præſentium gaudiorū luce miſceri triſtitia. Illud ſine periculo violatę
publicę læticię dicetur:hoc qđ principes germani de creando te ſibi re
ge cogitauerunt:non tam conſilium fuiſſe /q̄ remedium .ergo non ad
ocium:non ad remiſſionem :nō ad quietem (alioquin tibi debitā poſt
tam multos labores) ſed ad nouas expeditiones /noua bella /nouas
difficultates:imperiū tibi traditur :ominoq; per hoc non ſolatiū tibi:
ſed aliis quæritur:nihil enim aliud cogitaſſe video ſummos viros:qui
te patri tuo principi nobiliſſimo: ſed annorū pleno ſocium addidere:
q̄ vt ille conſilio rempublicam tu laboribus /& operibus adiuuare poſ
ſes. Quid illud q̄ glorioſum tibi/q̄ lætum patri/ q̄ omibus in tēpore!
vt regem decerni tūc demum te contingeret :cū opem tuam nō impe=
rium:ſed imperator:nec imperator:ſed pater expectaturus eſſe videre
tur. Acceſſit hoc ad cumulum amplitudinis/& fortunæ tuæ rex pręſtā
tiſſime:vt qui filium infantem e penitiſſimis hoſtium munimentis eri
puiſſes:apud eūdem patris quoq; recreati gloria ſtaret. Duos omino
legimus cognomento pios fuiſſe:nec argumentū ignoratur :vnde ſic
appellari meruerint. In te poſteritas ambiget:vter euētus hoc nomen
tibi conſiliauerit:ꝙ pius in parentem:an ꝙ pius in filiuū apparueris:
ſed iam tempus eſt:vt vela retraham :neu longius me: q̄ volo : aut q̄
partes legati ſunt laudum veſtrarū ſplendore/numero/ magnitudine
detineri patiar. Quāobrem ſi nihil eſt in rebus humanis principe Ro
mano maius & auguſtius : ſi talis & tantus eſt filius tuus Cæſar :vt ab
omnibus legi debuerit / & ex omnibus : deniq; ſi nihil vel nobilius ad
gloriam: vel certius ad ſalutem excogitari poterat:q̄ vt ille rempubli
cam difficillimo tempore capeſſeret nemini mirū videri debet ſi quod
per initia teſtatus ſum/ad huius magnitudinē letitię nullius hominis
facūdia/nullius vis ingenii peruenire poteſt. Sed hæc trāſlatitia ſunt
cūmunia ſunt omnibus. Ille peculiares Veneto cauſę :ꝙ neq; gens eſt
vlla/neq; natio(abſit verbo inuidia)cuius vel plura: vel maiora: & in
chriſtianā rempublicam cuius vos caput eſtis :& in Romanū imperi
um argumenta beniuolentię: fidei pietatis appareant. Non auderem
iſta profiteri Cęſar optime:niſi vt vera eſſe cōſtaret:& tu vera libenter
audires:alioquin ſciebam ſcelus eſſe corā te parum certa dicere: nedū
falſa. Sūt & illa nobis propria Maximialiane rex fortiſſime:ꝙ clariſſi
mum nomen Auſtriæ familiæ: qua nulla fuit vnq̄ regum/ Imperato=
rūq; fœcūdior/religioſum & venerabile ſemper habuimus: ꝙ Federi
co patre tuo principi ſaluberrimo quæcūq; ſe res tulerunt enixe ſtudui
mus quibuſcūq; eum locis & temporibus ſingulari ſignificatione vo
luntatis & obſeruantiæ proſecuti ſumus:ꝙ ipſum te ſemper a teneris

vnguiculis inductione quadam animi nõ occulta impenſiſſime colui
mus auctoritati tuę fauimus: amplitudinẽ quantum vires fuere defen
dimus. Iam qui principib⁹ luſitaniæ nobiliſſimis & fortiſſimis/vnde
maternum tibi genus eſt: qui ſocero tuo Carolo Duci generoſiſſimo/
qui Philippo eius patri ſapientiſſimo Principi chariores vnq̃ fuere
q̃ Veneti? Tot modis copulati cũ ſublimitate veſtra ſumus/ tam mul
tiplici nexu vincti: vt qui hæc non videt/nihil omnino videat q plus
deſiderat nihil omnino deſiderat. gratulaẽ ergo prorſus in vobis ſibi
& in ſe vobis ſenatus/& vniuerſa ciuitas noſtra/ non quantum cæteri
fecere: ſed quantũ nulli/nec quantũ dici vel cogitari poteſt ſed quan=
tum nec dici: nec cogitari fas eſt. & quoniam ambo vos celeberrimi
principes hinc pater/inde filius ita mutuo creuiſtis/ vt neq; tu maior
neq; tu felicior eſſe poſſis. Reliquũ eſt vt deum optimũ maximũ con
ditorem huius/ & ſenatorem imperij publica vice cõprecer & obteſter
vt quando rem Romanã principum duorum patris/& filij huius ma
turitate ſenioris: illius virtute iuuenis florentiſſimam eſſe voluit/bene
ficio ſuo faueat/pietatemq; ſuam/ & voluptatem conſeruandi per op
timos principes generis humani ſanciat/ & perpetuam eſſe iubeat.
Poſtremo vt illuſtriſſimũ ducem noſtrum & inclytam rempublicam
incolumitatis & gloriæ veſtræ cupidiſſimam/ quæ te Cæſar ſemper &
patrem/& principem chriſtianæ religionis agnouit/coluit/ & reſpexit
ſacroſanctę maieſtati tuę quanta maxima poſſumus veneratione/reli
gione/deuotione cõmendemus opes noſtras/omnis atq; vires ad or=
namentum & incrementum imperij dignitatem & amplitudinem ſa=
cratiſſimi nominis veſtri: promptas/expoſitas/& dicatas eſſe docea=
mus.

Hermolaus Barbarus. I. Carondeleto ſupremo Regis
Romanorum Secretario. S. D.

ORationem a me nudiuſquartus habitam ad principes/ampli
tudini tuæ mitto recognoſcendã/caſtigandamq;. Œq̃ enim
mei moris eſſet: nihil vnq̃ temere/nihil non diu conditum/
atq; preſſum emittere cum primum tamen deſiderari eam a te ſubodo
ratus ſum: intuli mihi vim & peruici tandem/ vt inſtituto meo dece=
derem ratus id quod erat/minus eſſe malum/adire periculum famæ/q̃
moram deſiderio tuo facere. Quęris vnde tanti ſis apud me: quem ne
de facie quidem norim. Perſpectæ ſunt omnibus/ eruditio/fides/ inte=
gritas tua. Compertũ nobis eſt quantũ Veneti nois ſtudioſus ſis/ex
ploratũ habeo. quantũ me diligas parũ merentẽ. quantũ orationẽ &
actionẽ meam cõmendes. Sed heus tu docte vir obſecro ne mirere/ ſi
qua leges in hoc libello/q̃ tũc dicta nõ fuerũt. Nec eñ addidi nunc ea=

ſed detraxi tũc:ad monitus ab aulicis extemplo q̃ limen attigi ne lon
gus eſſem: ambitioſa reciderẽ: optima quæq; dicerem: patientiſſimis
omnino ſed occupatiſſimis tamen principibus parcerem. amputaui
ſubito conſilio multa. q̃q̃ qđ poteſt conſilium fuiſſe ſubitum/ea quæ
tunc reſecui: modo ſunt annexa: vtrũq; veterum exemplo facimus:
quos. F. Quintiliano teſte conſtat longe aliter ſcripſiſſe: q̃ egiſſent.
Exulanti Maſſiliæ. A. Miloni quidem orationem. M. Tullij non quã
habuiſſet pro eo:ſed quam ſcripſiſſet:attulit. Tunc ille ſi ſic egiſſes in
quit Marce Tulli non eſitaret Maſſiliæ bar batos piſces Milo. Cæte-
rum non dubito quin niſi te amor fallat: vt audiendo tunc: ita nunc
legendo non parum multa tibi diſplicitura ſint. Sed ęquum te quęſo
nobis:& cognitorem/& iudicem præbe:conſiderans hoc/& ęſtimans
ꝙ ſeſquihoram anteq̃ principes adiremus:ſignificatum nobis fuerit
non duas orationes ſeorſum:vt cogitabamus/atq; parauerамus:ſed
vnam duobus iunctim habendam/& recitandam eſſe. Plena difficul-
tatis/plena diſcriminis res erat. tota mihi ratio dicendi pũcto tempo
ris immutãda fuit. orationis vniuerſæ filum retexui/atq; vt breui rem
complectar/& cutis/& facies ipſa prorſus interpolata eſt. Vale decus
noſtrum:& me principi nobiliſſimo: cuius es inter eos:qui ſunt a ſe-
cretis merito ſupremus:commendatiſſimum rogo facias: vtinam ali
quando tanti ſim: vt res ab illo fortiter/ & magnifice geſtas poſterita
ti commendare poſſim. Tam facturus ſim id libenter: q̃ qui maxime
deſideret. Ex Brugis. Pridie Nonas Auguſti. M.cccc.lxxxvj.

Aliter ſcripſiſſe q̃ egiſſe oratores Lepidũ dictum Milonis.

Finis Præfationum Prælectionum & ora
tionum lepidiſſimarum optimorum diſer-
tiſſimorumq; Politioris litteraturæ procerũ.
In ædibus Aſcenſianis Ad Idus Decembris
M.D VIII.

# Iaſonis Mayni iure conſulti: equitis romani: Cæſarei & ducalis ſenatoris: ac ducalem legatũ in Germania gerentis: Ad Sereniſſimum Maximilianum inuictiſſimum Romanorum regem: in auſpicatiſſimis eius & Auguſtæ Blanchæ mariæ nuptiis: Epithalamion.

CRedimus Sereniſſime Rex & inuictiſſime Cæſar fœlici aliquo ſydere proceſſiſſe: vt nos qui anno ſuperiore: pro inclytiſſimis Mediolanenſium principibus gratulatoriã Romæ orationẽ habuimus ad Alexandrũ ſextũ romanorũ põtificẽ: nunc etiã eorundẽ legati ad te Romanorũ regẽ maximũ haud imparẽ ſim⁹ orationẽ habituri. Vos eſtis duo mũdi luminaria magna: paſtoralis auctoritas & Cęſarea poteſtas prima & ſumma chriſtinani orbis capita: & p̃cipua vniuerſę terrę fundamenta. Aequũ fuit & conſentaneũ nos qui diuorũ principum noſtrorũ iuſſu eum qui ſpiritalibus pręeſt ſalutauim⁹: anno nũc reuoluto te qui tẽporalibus præeſſes ſalutare. Detulimus principum noſtrorũ mandato: ſicuti catholicos decebat: põtificię beatitudini & apoſtolico throno ꝑpetuę obediẽtię & ſyncerę deuotionis cultũ. Eorũ nomine cæſareę nunc maieſtati inuiolabilis fidei & immortalis obſeruantiæ pign⁹ deferimus. Nos etiã ſicuti par eſt ſperamus. vt quẽadmodũ a beatiſſimo ſacrorũ omniũ antiſtite: & reuerẽdiſſimis eccleſiæ militantis cardinalibus voces noſtræ clæmenter admiſſæ fuerunt: ita nunc a Sereniſſimo Romanorũ Cæſare: & illuſtriſſimis Germanię principib⁹: verba noſtra benignis auribus excipiãtur. Nec tam inculti ſermonis noſtri exiguitas eſt attẽdenda: q̃ mittentiũ pronus ad omnia animus: p̃cipua fides: & ſingularis obſeruãtia conſideranda. Gratiora quoq; quęcũq; a nobis in præſens proferentur fore cõfidimus: q, inter Cæſareũ culmen & excelſos Mediolanenſium principes neceſſitudinis & affinitatis vincula ſunt contracta: per has ſanctas maritales tædas: & hunc felicẽ hymeneũ: vt cuilibet vel tenui eorũ nuncio nõ paruę gratiæ locũ ſperare liceat.

QVicunq; Rex eminẽtiſſime: egregia & ſumma auguſtiſſimarum laudũ tuarũ p̃conia: vel orando vel ſcribẽdo celebrare voluerint: vel potius celebrata & toties decãtata cõtemplari: aut recti⁹ cõtẽplãdo admirari & ſecũ obſtupeſcere: facile intelligẽt nihil tibi vlla ex ꝑte deeſſe: qđ vł a natura/vel a virtute/vel a fortuna ſit expetẽdũ: q̃ ĩ ea oĩa ſis cumulatiſſime cõſecut⁹: q̃ ad aſſequẽdã oẽm p̃ntis ſeculi felicitatẽ ſpectãt. Nec tuas maxĩas & ĩmortales laudes ab vno aliquo riuulo ſcaturire ĩueniẽt: ſed ex varijs & vber

rimis fontibꝰ abunde manare. Natus eſt gẽte Auſtria: domo inclyta & celebratiſſima: quæ tot regũ & ĩpatorũ mater: ſępe etiã Pãnoniæ ſępe Boemię: qñq; Poloniæ reges dedit. Ex gẽte Auſtria vndequaq; occurrunt Rodulfi: Herneſti: Leopoldi: Henrici: Othones: Alberti: Sigiſmondi: Federici felices & cãdidiſſimę animę huius excelſę familiæ: quarũ virtutem: illuſtria geſta: celebreſq; victorias admirari magis q̃ receẽſere æquũ eſt: & veneratione potiꝰ q̃ cõmendatiõe cõplecti. Rodulfus Auſtriꝰ Romanorũ imperator: Bononiã ampliſſimã Italiæ ciuitatẽ & totam flaminiã eccleſiæ Romanæ dono dedit. Et Ottocha Robuſtiſſimũ Boemię regẽ: qui Auſtriã & Stiriã Romano imperio ademerat: tandẽ vario & ancipiti bello victũ interemit. Albertus Auſtrius tertius Pãnoniæ/& ſextus Romanorũ rex: tibi patruus magnus. quũ in humanis ageret Martis filius & belli fulmẽ ferebat. Prę ter cætera præclara facinora Huſſitas ferociſſimos Boemiæ populos eccleſię catholicæ nõ minꝰ impias & hereticas ſectas q̃ ſęua & horrenda bella mouẽtes nõ modo ſuperauit: ſed quaſi malleꝰ quidã oĩno cõ triuit. Federicus Auſtriꝰ tertiꝰ huiꝰ noĩs ĩpator genitor tuus pietiſſimus in om̃i ꝓbitatis & gloriæ genere etiã priſcis quibuſcũq; cõferẽdus: Helionorã Heduardi Luſitaniæ regis filiam: & Alphonſi Hiſpaniarũ p̃clariſſimi regis neptem: cõiugẽ duxit nobiliſſimã: auguſtãq; sereniſſimã. Vnde ſibi oẽs Luſitaniæ & Hiſpaniæ potẽtiſſimos reges affinitate deuinxit. Ex ea te Maximilianũ filium ſuſcepit: quẽ ſemper vt par eſt chariſſimũ habuit: nõ tam ex eo: ꝙ vnicũ haberet: q̃ ꝙ vnicæ ſpei/ac vnicæ & miræ fores expectationis: & vnicus vt paternarũ laudum ita paterni imperij futurus indubitatus ſucceſtor. Tibi nomẽ Maximiliano parens indidit: non ſine quodã diuino inſtinctu vt Plato atteſtatur: Q đ duo ſignificat Maximũ & Aemilianũ. Ambo Romani militariũ copiarũ pręſtantiſſimi duces ac triumphales viri. Maximꝰ em̃ fabiꝰ Romanũ ĩperiũ pene deſolatũ aduerſus hãnibalẽ pœnũ cũctando reſtituit. Aemilianus vero Scipio Hannibale tandẽ deuicto carthaginenſem triũphum ęgit. Vtriuſq; tibi nomẽ copulatum eſt: vt q̃uis alterũ æquaſſe fuiſſet glorioſum. tũ vtrũq; noĩe referre & vtriuſq; p̃ſtantiã ſuperare eſſet tibi multo glorioſiꝰ. Illi Romanũ imperiũ aduerſus gẽtes barbaras defenderũt: & de hoſtibus ꝓfligatis celebrem triũphũ egerũt. Tu quoq; Romanorũ rex ſupremus: nõ ſolũ Romanũ imperiũ cui merito pręes: ſed & vniuerſum populũ chriſtanũ aduerſus thurcanicã barbariẽ: q̃ diutiꝰ graſſata eſt ꝓteges: & ꝓſtratis/deletiſq; funditꝰ nequiſſimis orthodoxę fidei hoſtibus & chriſtiana dignitate ac fide catholica in priſtinũ decus reſtituta: nõ ſolũ terreſtre tropheũ reportabis: ſed etiã cœleſtẽ triũphũ cũ immortali gl̃ia & ſempiterna ſalute conſequeris. Hæc ſunt generoſa ſemina & illuſtres radices quibꝰ tã fœliciter in lucẽ editꝰ es: natione germanica oĩm vt

Iſtud atteſtat ſpec. ĩ titulo de reſcripti pñtia. §. fi ver. Et ſi hęc in argumẽ. Io de Imol. ĩ rubrica. ff. de ver. ob. in vij col.

amplíſſima/ſic & nobiliſſima:q̄ nõ ĩmerito Alamannia q̄ſi ala ma=
gna nũcupatur:gente Auſtria non mõ vetere & heroica verũetiã re
gia & ĩperiali :Patre ĩpatore glorioſiſſimo: Matre ex regia ꝓle & au=
guſtiſſima. Tãta eſt tuę ſublimiſſimę originis amplitudo:vt iã nihil
tibi amplíꝰ poſſe honoris addere ĩperiũ videat̃ :qđ etiã naſcẽdo me
ruiſti :cũ ex ĩperio ita ꝓdieris:vt ad illud aſſumptꝰ:nõ tã inſtitui: q̄ ĩ
eo ꝑſiſtere credaris. Quos de te ſucceſſꝰ tã fortunatiſſimi partꝰ ſtir=
pis adeo egregię p̄ſtolari iure optimo mortales poterãt:lõge ſemp
excellẽtiores p̄ſtitiſti. Parũ eñi fuiſſet p̄claris naſci parẽtibꝰ:niſi illo
rum ſplẽdor augeret̃. Et qñato ẽ maiorũ vita pręclarior:tãto poſte=
riorũ ſecordia flagitioſior. Cũ Alexãdro Macedoni ſodales ſępius
dicerẽt tot & tãta tibi reliquet pater. Quid ꝓdeſt ĩquit: ſi multa relin
quãtur nobis cũ ipſi agamꝰ nihil? Philippũ Macedonũ regẽ Alexã
dri patrẽ Theophraſtꝰ & Plutarchꝰ tradũt:nõ ſolũ genere & digni
tate regia:ſʒ etiã virtute & moribus maiorẽ cæteris regibꝰ modera
tioréq; extitiſſe. Fuit tibi ſp p̄cipuę curę: vt nõ minꝰ ĩperio: q̄ patre
ĩpatore dignꝰreddereris. Vera iſta ſed rara fœlicitas ẽ:fœlicitate ad
quã q̄s genitꝰ ſit:ſe quoq; meritis & ꝓprijs virtutibꝰ dignũ efficere.
Tecũ ſedulo cogitabas qualẽ te euadere oporteret. vt maxíe parẽtũ
glorię rñderes. & ſemper clarior euaſiſti q̄ opinione cõciperes. Cępe
rũt p̄lucere in te adhuc iuuene virtutes ſingule ĩperatorię/clemẽtia/li
beralitas/cõtinẽtia/modeſtia/iuſtitia/prudẽtia/fortitudo/magnani=
mitas:& tales quidẽ q̄les vix vnq̄ etiã lõgo ſenio cõfecti nãſciſcũt̃
Viſꝰes honorẽ regiũ virtute priꝰ q̄ ętate p̄ueniſſe. Viſus es æuo ĩma
turꝰ priꝰ meritis ad imperiũ q̄ annis maturuiſſe. Vix dũ puer fœlicia
oía q̄ tibi obueniebãt ad dei benignitatẽ referẽs .cœpiſti ꝓ xp̄iana
republica eſſe ſollicitꝰ. Cõcepiſti tacitꝰ aío a teneris vſq; vnguicul̃
futurã expeditionẽ aduerſꝰ ſęuiſſimã & truculẽtiſſimã turcharũ in
ſolentiã:nõ minꝰ teipſo q̄ chriſtiano principe dignã. & eo q̄dẽ prí=
cipe q̄ cęteris chriſtianis principibꝰ p̄eſſe ꝓcul dubio ſperaret̃. Inter
creſcẽtẽ ętatis tuę adoleſcẽtiã quaſi inter virtutis & formidinis tuæ
rudimẽta. Franchos/Eburones/Sicãbros/Batauos/Morinos:non
minꝰ ſapiẽter q̄ fortiter ꝓfligaſti. Reportaſti ſub viridi iunẽta vari=
as celebreſq; victorias:q̄s lõgo etiã ęuo obtinuiſſe fuiſſet glorioſũ.
Taceo q̄ nimiũ oíbꝰ nota ac trita ſũt:quãta ſit tibi rei militaris diſci
plina quãta diſponẽdis militũ copijs ratio:quãta caſtrenſiũ laboꝝ
patiẽtia:quãta vigilãtia/quãta ſolertia/quãta ductãdi exercitꝰ ꝑitia
quãto animi ardore:quãto corporis robore res bellicas tractes. Prę
tereo actas ſub pellibus hyemes. ęſtates inter bella ſudatas/quotiẽs
excubias egeris :ſpeculatũ ſis egreſſus:caſtra metatus : & omnium
caſtrenſium munerum numeros obieris:ac vniuerſa optimi milita

riũ ordinũ imperatoris officia cõpleueris. Neq̃ vero te caſtrẽſia ne-
gotia: aut bellicę artes a litterarum cõmercijs abduxerũt: qb⁹ ĩpẽſe ĩcu
buiſti: cũ intelligeres lr̃as eſſe virtutũ oĩm magiſtras / & cõpertũ ha-
beres Cęſareã maieſtatẽ nõ min⁹ lr̃is q̃ armis p̄ſtare oportere. Nemi-
nẽ decet plura ſcire: q̃ pricipẽ: q ſicuti plurimis p̄eſt: ita plurimos de
bet prudentia antecellere. Demetri⁹ Phalereus Ptholomęũ regẽ mo
nebat vt legẽdis libris ſedulo vacaret. Quę em̃ amici non audent re-
ges monere librorũ lectione erudiũt̃. Fortunatas eẽ reſpubli. Socra
tes & Plato atteſtant̃: quarũ pricipes ſapiẽtię ſtudijs vacãt. Pruden
tia cęterarũ virtutũ dux eſt: qua aurigante ĩperij habenę cõſultiſſime
moderant̃. Hac duce nihil temere / nihil inſipiẽter agit̃. Carol⁹ quar
tus ei⁹ nois Romanorũ ipator: dũ cõſtitutiões de regũ & ĩperatorũ
creatiõe ederet: illud p̄cipuũ ſtatuit: vt q ad ceſareã dignitatẽ aſpi-
rat: etiã variarũ lĩguarũ pitiã teneat: p̄ſertĩ latinę: italicę: gallicę: li-
burnicę. & germanicę. Tu has oẽs adeo calles: vt quacũq̧ loquaris
tibi ſic domeſtica reddat̃: quaſi eã inter teneros nutricũ amplex⁹ im
biberis. Mitridates rex Pontij vel ex eo apud veteres nõ parũ cõmẽ
dat̃: q̄ variarũ linguarũ qb⁹ p̄erat meminiſſet: & ſingulis ſine inter
prete rñderet. Accedit toti⁹ corporis dignitas & elegãtia: q̃ plurimũ
de cęlo traxiſſe credit̃: & virtutib⁹ gr̃az: vel vt Pacat⁹ inquit ſuffra-
giũ addit. Valida mẽbrorũ ĩternodia: lacertorũ robur: lati pectoris
firmitas. maieſtas vult⁹: regiũ ſuperciliũ: quidã impatori⁹ oculorũ
vigor: vt appareat naturã heroicũ toti⁹ corporis decorẽ indulſiſſe:
q te ĩperio dignũ oſtẽtaret. Hic generis tui ĩperatorius ſplendor. hęc
tam p̄clara adoleſcẽtię tuę facinora: peculiares animi & corporis do
tes: rarę admodũ ac p̄pterea admirabiles. Carolũ Burgũdionum du
cẽ ac Belgarũ regẽ fortiſſimũ facile adduxerũt vt ei aſſentiretur q̄d
poſt obitũ p diuã ei⁹ cõſortẽ & primates effectui eſt demãdatum: vt
Mariã filiã vnicã: mlt̃arũ gẽtiũ & nationũ futurã hęredẽ tibi vix pu
beſcẽti mr̃imõio copularet / ex q̃ priuſq̃ ĩmaturo leto occũberet Phi
lippũ & Margaritã cęleſtes liberos ſuſcepiſti. Hęc ĩgẽtia merita mo
uerũt germanos pricipes ſacri ĩperij electores: vt vnanimi conſenſu
oĩmq̧ ſuffragijs te in Romanorũ rgẽ mox futurũ ĩpatorẽ legerẽt &
ſalutarẽt. ĩter admirabiles populorũ acclamatiões cõgratulatiõeſq̧
publicas.. Magna tua laus eſt ſed mai⁹ meritũ: tam ſincerum & inte
grũ tot p̄ſtantiſſimorũ electorum iudiciũ reportaſſe. Nec multo inferi
or eorũ laus eſt: qui optimi cẽſeri debeãt: cũ de optimo principe pro
ſpexerit. Sed p̄ſtat bñ mereri q̃ ĩl bñ meritũ cõferre dignitatẽ. Alterũ
em̃ ſolidę virtutis ẽ. alterũ iudicii / q̃uis cũ prudẽtia coniũcti. Interea
cœpiſti aĩm denuo ad rẽ maritalẽ flectere: cũ meminiſſes q̄ mr̃imo-

niũ eſt venerabile:fidei & honeſtatis tẽplũ:ſuauiſſimũ vitę cõdimẽtũ cõſenſio quędam cęleſtis.cõſortiũq́ꝫ diuinũ:humanos affect⁹ & ſẽſuales appetitus intra legitimã cõnubij copulã maritali lege coercẽs et intra diuinos ſanctiſſimi cõiugij limites cohibẽs: ne ſoluti & infrenes:ferarũ ritu in varias cupiditatũ illecebras euagẽtur:& in quęcũq́ꝫ voluptatũ ꝑcipitia debacchenť De⁹ rerꝫ omniũ cõditor & fabricator hoiem veluti ſimulachrũ ſuũ formauit:Et quod erat maximũ diuini opificij ei ſoli ſapiẽtię grãm inſpirauit. Solus hõ ratiõis capax mẽte et prudẽtia prędit⁹.,ligue & ſermõis copia dotat⁹: ſol⁹etiã nõ vt cętera animãtia in humũ ꝓſtratus.ſed erecto corpore & ſublimi facie formatus eſt:& quaſi terrẽis neglectis ad ſupernarũ reũ ſpeculationem eſt effict⁹ .Cũ aũt homini deus ratiõis & ĩtellect⁹ lumẽ infudiſſet:quo lõge cęteris animãtibus ꝑſtat:& ſentiẽdi atq́ꝫ eloquẽdi virtutẽ conceſſiſſet qua carẽt cętera animãtia:q̃ muta ſunt & ratione carẽtia:ſtatuẽs humani generis cõſeruatiõi: & ꝓpagatiõi cõſulere:etiã ſalutarem modũ adinuenit:quo a feris diſtaret: Nõ eñ promiſcuos & indiſcretos cõcubitus ferino ritu hũanę generatiõi ſtudendum eſſe voluit:ſed ꝑ ſanctum genialis thori matrimoniũ:Deus ergo marem & fœminam in mrimoniũ:hoc ẽ in corp⁹ vnũ indiſſolubili vinculo cõiunxit: vt eſſent humanę diuinęq́ꝫ vitę prępetuo ſocij. Diua ꝓuidentia ꝑhoc ſacrũ legittimi cõiugij fœdus:& cęleſte matrimonij ſacramẽtũ vniuerſo hũano generi ꝓſpexit:ne ei⁹ dignitatẽ ineuitabilis cõditio iſtãtis mortalitatis extigueret.Qui igiť extra religionũ clauſtra & extra cęlibatũ in hoc ſęculo vi ere ꝓponũt ſnpna lege:duce ratione & ſicuti hominẽ decet:caſtiſſimũ ſãctiſſimi cõiugij ſacramẽtũ obſeruẽt.Qui ſecus faciũt a recto ratõis calle: & bono hois ſenſu alieni:vitã pecudũ ſub humana ſpecie viuere credũtur.Nõ ab re Dido virgiliana troiano Aeneę exprobrabat Nõ licuit thalami exptẽ ſine crimine vitã Degere more ferę.Cœpiſti ergo ſacer rex vt reliqua oia :cõſultiſſime de matrimoio cogitare:ſicuti chriſtianũ regẽ diuinę legis memorẽ decebat.Sic eñ tuo generi:tuę familię ac poſteritati: regno & imperio cõſultũ eſſe voluiſti: & ꝑ dulciſſima pignora tam generis claritatẽ q̃ nominis memoriã in poſteros lõgius propagare. Offerebanť tibi nõ ſolũ a germanis principibus:ſed ex vniuerſo pœne terrarũ orbe a regibus quibuſcũq́ꝫ maritales tędæ.Nemo eñ ẽ tã alto ſolio cõſtitutus qui non exiſtimet ſe ex tua affinitate alti⁹ multo ſubleuari. ſed tu aim adieciſti ad Blanchãmariã Vicecomitẽ Auguſtam in qua virginalis pudor cũ matronali grauitate cõiunctus:oim voluntates q̃ facillime ꝓmeretur.Incertũ tamẽ videri poſſet:an diuino cõſilio an tua prudẽtia ꝓceſſerit: niſi qꝛ ad deũ optim maximũ bona oia ſunt referenda Agitur nũc annus octau⁹ & vigeſimus ſupra cẽteſimũ:quo Leopol



249

dus dux ſeptim⁹ Auſtrię ꝓauus tu⁹: illuſtrem dominā Viridē ꝑrogē
nitam incly ti Bernabouis Vicecomitis: Mediolani dn̄i vxorē duxit:
ex qua qnque liberos ſupſtites reliq̄t: Inter reliquos ſuſcepit Diuum
Herneſtū ducē Auſtriū: patrē Sereniſſimi impatoris Federici genito
ris tui. Hic liq̄t inter Auſtrios & vicecomites: renouatā nūc eſſe & nō
inſtitutā affinitatē: & neceſſitudinis vincula inſtaurata poti⁹ q̄ contra
cta Quū de hoc fauſto feliciq; matrimonio verba ad te Maximiliane
referenda ſunt: oportet tuā admirari ꝓrudētiam: quū vero ad Blāchā
Auguſtā. felicitatē. Neq; eni illa excelſiorē virū in toto orbe: aut ꝑſtā
tiorem nedū ſpare: ſed nec deſiderare poterat: neq; tu meliorē aut mo
ratiorē virginē repire. Blācha re & noīe nō ſolū mēbris: ſed & mori-
bus & vita: naturę & corporis mūerib⁹. fortunę & ani bonis ꝑdita ē:
his ꝑſerti q̄ in virgine ꝑcepua hēnda ſūt: pudicitia: ꝓbitate: venuſta
te & ingenij accumine Quis illuſtri ſanguie paterno & materno ge-
nita: & chriſtianiſſimi Francorū regis conſobrina: tn̄ in tela: in phry
gijs opib⁹: et in omni mūdo muliebri inſtructa: & tāq̄ a pallade edo
cta priſcā Lydarū & Cariarū mulierū gloriā excellit. Gratia oris exi
mia: forma toti⁹ corporis ꝓcera & eleganti: & his lineamētis: a quib⁹
Zeuſis pictor cantatiſſim⁹ facile oēm pigēdi venuſtatē. vt a virgini
bus Crotoniatibus poſſet excerpe. Propter has eximias dotes a vari
is principib⁹ & regib⁹ in matrimoniū vn̄dequaq; depoſcebat̄. Maxi
mā em̄ in eo fœlicitatē nobiliſſimus quiſq; reponebat: ſi hāc cōiugē
aſſequeretur. Primū Philebroto Sabatēſium ducis filio deſpōſata eſt
Sed ille æuo immaturus in rapida fata cōceſſit. Tres ſubinde regum
nuptiales tædę oblatę ſunt. Mathias Pannoniarū rex glorioſſimus
eam Ioanni Coruino vnico filio deſpōderi curauit. Sed Matthia vi-
ta functo: multa quę animo cōceperat de futura filij in regnū ſucceſſio
ne i irritū ceſſere: q̄ faces hymeneas ꝓhibuerūt. Iacobus Stuert Sco-
tienſis: primę iuuentutę: adoleſcens: qui inſulę Britanię imperat: qua
pte in ſeptētrionē vergit: hācin cōſortē & thori ſociā expetiuit. Vladiſ
laus Bohemię ipitās: q pānico regno ſucceſſit: haud imp Mathię glo
ria futur⁹ p crebros iternūtios i vxorē diuti⁹ ſollicitauit. Sed eras his
oīb⁹ longe ſuperior Maximiliane: iter xp̄ianos reges cęſareā maieſta
tē obtinēs: cui vt genere & poteſtate: ita virtute & ꝓbitate par in toto
terrarū orbe repiri nō poſſet. Tibi ab ęterno deſtinata ē: nō ſolū vna
in carne ꝑ diuino ꝑcepto: ſed etiā vna mēte futura. Tibi eſt idiſſolubi
li ſacri cōiugij vīculo copulata: quod vt fœlix & fauſtū ē: ita in annos
neſtoreos & vltra Piliā ſenectutē vtrimq; ꝓducat̄. Tecū feliciter oēm
vitę ſuę curſū trāſiget æq̄ laborū & curarū atq; honorū futura ſocia.
Nec tam potentiam tuam q̄ ipſum te perpetuo reuerebit̄. In dotem
conſtituta ſunt ad quater centena milia aurei nūmi. Inſuper in para

pherna aduecta eſt ſũma aureorũ ſexaginta milliũ: ꝓ iocalibus: veſti
mẽtis precioſa ſupellectili:& reliquo mundo muliebri. Viſa eſt tamen
natura rerũ omniũ parẽs ex induſtria illã Principũ & regũ cõtẽtionẽ
in auguſta virgine ambienda ac certatim depoſcẽda inſtituiſſe: ne cõ-
feſtim tui thalami ſocia cõſtitueret: ſed quaſi ꝑ aureos Principũ & re-
gum gradus alti⁹ aſcẽdẽs: tandẽ ad ſuprema tuę Cęſariæ aulę faſtigia
deduceret. qua nihil in humanis excelſius reperit. Huic tãto matrimo
nio etiã numina & ſydera applauſiſſe liquet. Nã: quod vix alias niſi
diuinitus factũ credi poſſet: Sereniſſima Regina & comitib⁹ media
hyeme longũ iter ad maieſtatem tuam facientibus: nullę vnq̃ pluuię
nullę e cœlo niues deciderunt. Non frigora: nõ obduratę glacies qua-
ſi rigoribus cõtractis obſtiterũt. Quinetiã plęriſq; itineribus pulueres
quaſi ęſtiui affuerunt: Solis radij diuina auguſtæ ſpecie delectati: et
mõtanis et campeſtribus locis quotidie circũfulſerũt:& vltra rationẽ
hyberni temporis incaluerunt. Rheticę alpes cœlo vicinæ quæ Ger-
maniã ab italia diſterminãt. aſperrime & quaſi inuię: in Auguſtę trãſi
tu ſubſediſſe & quaſi ſe inclinaſſe viſę ſunt. Poſteris hęc fortaſſe mira
et incredibilia videbuntur:& tñ ſunt re ipſa veriſſima. Nam terrarum
dominę terras quaſcũq; obſequi congruũ fuit:& ęquum cęleſti formę
cœlitus iſta indulgeri. Excitauit te non parũ Rex ſacratiſſime ad has
ſanctiſſimas nuptiales tędas faceſq; diuinas ſapientiſſimi Principis
Ludouici Mariæ Sfortiæ Vicecomitis: reginæ patrui ratio quem ma-
gnis ex cauſis tibi maiori beniuolẽtia & arctiori affinitate iũgere deſi-
derabas. Lucius Sylla cognomẽto fœlix inter maximas ſuas felicita
tes Pij Metelli amicitiã ducebat. Repetis memoria ciuitates populos
ac nationes quę ab imperio pręſertim per italiã defecerũt. Nõ ignoras
q̃ altiſſima ſit Diuus Ludouicus prudentia: q̃ immenſa ſapiẽtia. Quo
diuini ingenij acumine excellat. Quãta animi magnitudine pręſtet.
Quantam rei militaris ſcientiam teneat. Quantum auctoritate polle-
at: quantum gratia. Non ignoras ꝙ non ſolum mediolanenſe imperi
um moderetur: verum etiam cæterorum Italiæ principum et regum
vota pro arbitrio diſponit. Non ignoras Diuum Ludouicum eſſe
rerum italicarum arbitrum. Qꝫ in eius manu ſit: pacis aut belli. Ia-
ni aut Martis poſtes reſerare. Non eſt tibi obſcurum quanto vſui &
emolumẽto Diuus Ludouic⁹ eẽ poſſit Cęſareę maieſtati pro imperio
reitegrãdo & amplificãdo. Stimulat te nõ parũ deſiderata diuti⁹ ĩ tur-
chas expeditio: Sed recolis retroactis ſępe tẽporib⁹ tã piã expeditio
nem: ꝓpter italicas ſeditiones varioſq; tumult⁹ fuiſſe impeditam: qui
etiã romanos Põtifices & ſacros Cardinales retardarunt. Diu⁹ Ludo
uicus italicæ pacis non ſolum auctor: verumetiam cõſeruator quaſ
cũq; huius ſanctiſſimi voti tui occupationes ex italia facile diſſoluet



250

et queçūq; obſtantia amouebit. Nō ſolent planetę: niſi geminēt magnū aliquid moliri. Sed vbi coniunguntur: vt Saturno Iuppiter: aut ſol Mercurio: magnos in terris effectus portendūt. Per Blācham auguſtā Vipera aquilę tonantis aliti colligatur: & Ludouic⁹ tāq̄ Mercuri⁹ Ioui hoc eſt Maximiliano terra℞ dn̄o cōiūct⁹ eſt. Sicq; ſapientię et potentię influxus ſunt conglutinati: vt mirabiles & fortunatiſſimos maximarum rerum euētus nō incerta ſpei ratione liceat expectare: Occurrebat & aliud aīmo tuo: velut ex alta ſpecula a lōgius ꝓſpicienti: ꝙ q̄uis Cęſar ea potestas ſit in orbe lumīare magnū: eget tn̄ ſępe numero altero magno luminari ſcilicet pontificia poteſtate. Huic indigentię ſuccurret Reuerendiſſimus ſacro ſanctę romanę eccleſię cardinalis Aſcanius maria Sfortia Vicecomes. alius Reginę nr̄ę patru⁹. Qui quātū apud apoſtolicā ſedē & ſacrū cardineū ſenatū: prudentia: auctoritate: & gr̄a valeat ac excellat: vt ipſe taceam oībus etiā extra romanā curiam exploratiſſimū eſt Vt primū Diuus Ludouic⁹ de hoc tāto cōnubio regiū nūciū accepit: tanq̄ graui ſomno excit⁹: cœpit magis ſtupid⁹ q̄ lęt⁹ eſſe. Multū ac diu ſecū cogitās et animo tacit⁹ volutās: tandē non aliunde q̄ a deo maximo bono℞ oīm largitore tm̄ mun⁹ acceptū habuit: & maximas oīpotēti deo ſupplicationes & gratias egit. Dū hęc agūtur: & iam Federicus genitor tuus colendiſſimus lōgo ſenio cōfectus naturę cōceſſiſſet: Turcharū menſe ꝓximo octobris multa milia in coruatiā deſcenderūt Nō puā ſtragē ferro & igne: cū ingēti p̄da xp̄ianis intulerūt: decē ferme millibus ꝑtī cęſis: ꝑtī peco℞ ritu abactis: ſed Coruatij ꝓprię culpę pœnas luerūt eo ꝙ auxiliares germano℞ copias p̄ſtolari neglexerūt Ea clade tu ſollicitatus: mira celeritate q̄ndeci miliū eq̄tū ac peditū exercitū cōtraxiſti poſtpoſita oī alia cura q̄uis admodū graui tāta trepidatione tuū celebratiſſimū nomē turchas effecit: vt q̄ primū eo℞ auribus etiā ex lōgiquo intonuit: turpē fugā arripuerit. Alij q̄cūq; exercituū duces hoſtiū fuga exultaſſēt: ſed votis tuis fuit cōtraria & īimica. Nā cū manū cū ꝑfidis hoſtib⁹ apto marte cōſerere q̄ maxime deſiderares et nihil magis timeres q̄ ne nimiū timereris: illi an̄ tuū acceleratū aduētū: in p̄cipitē fugā verſis tibi celebrioris victorię materiā ereptā indoluiſti: Tecū fœliciter rex generoſiſſime actū eſt: ꝙ eodē ip̄e & ad imperiū vocat⁹: & ad turcha℞ arduā expeditionem es accit⁹. Q̄z ſpecioſū eſt & ad publicam diſciplinā accōmodatū: ꝑ aduerſa & obſtātia ad res ſecūdas euehi: In reb⁹ aſperis virt⁹ exagitata ꝑficiẗ: & ꝑfecta vndiq; cognoſciẗ: & cognita ſplēdorē & gloriā lōge lateq; diffundit. In ip̄o iperij tui limine nact⁹ es pulcherrimā occaſionē oſtētādę virtutis tuę: vt per difficillima bella clarior indies & celebrior reddaris: & tuis generoſis operibus te tanto ſceptro digniſſimum oſtenderes: Q̄z

illud tibi glorioſum eſt .ꝙ eo tp̃e imperij poteſtas ad te peruenerit :
qno prçcipuũ impatoris munus p̃ſtare poſſis: & lautas opes ac ma=
gnitudinẽ iperij: nõ ad priuata: ſ3 publica cõmoda: publicãq3 ſalutẽ
cõuertere. Alius fortaſſe calamitoſis tẽporib⁹ ſe iperij faſces ſuſcepiſ
ſe grauaret. Tibi maxime cedit voluptati ꝙ i ipis iperij primordiis
ſimul incipias & iperij habenas ſuſcipere: & in rerũ diſcriminib⁹ ex
cerceri. Generoſi & ſtrenui animi eſt malle in caſtris & aſſiduis pic̃tis
eẽ/q̃ in delicijs verſari. Quod ſi apud gẽtiles philoſophos & apd̃ Ci
ceronẽ eloquẽtię principẽ creditũ eſt: oĩbus q rẽpublicã auxerint iu
uerint defẽderint: certũ eſſe in cœlo definitũ locũ: in quo beati ſem=
piterno æuo fruãtur. tibi quũ vniuerſam rẽpublicã chriſtianã iuue=
ris & e faucib⁹ ſpurciſſimi & truculẽtiſſimi hoſtis eripueris: : quas nõ
elyſias beatorũ ſedes: q̃ nõ cęleſtia loca parata credem⁹? Scio rex in
uictiſſime mľtos tibi deberi titulos: ſed nullũ illuſtriorẽ ac diuturni=
orẽ expectare potes: q ſi fœdã & ipiã turcharꝫ gẽtẽ barbarã & peſti=
ferã ex chriſtianorũ ceruicib⁹ excuſſeris: eãq3 extermiaueris/fũdituſ
q3 deleueris. Quæ hacten⁹ geſſiſti & ſi p̃clara ſunt & illuſtria: talia tñ
ſũt vt humana aliqua excelſa virtute cõfici potuiſſe credãt. Sed qđ
nũc infracto aĩo aduerſus barbaras natio nes es adorſus: a nemine
hacten⁹ pfici potuit. Expectat vt a te ſolo diuinis auſpicijs cõficiat
Aut tu ille es/aut p̃terea mortaliũ nemo: quo duce: quo imperatore
chriſtiana plebs: ex diris & efferatis turcharũ faucibus eripiet. Aĩo
tuo auguſtiſſimo ad recta tẽdẽti: & grauiſſimũ bellũ in turchas ſuſ=
cipere inſtituẽti: nõ quidẽ ꝑ iperij amplitudine: ſed ꝑ diuini & chri=
ſtiani cult⁹ ꝓpagatione: oĩa ꝓſpere feliciterq3 ſuccedẽt: & ſancta de=
ſideria diuina pietas comitabit ac ꝓteget. Fauorabile & glorioſum
eſt apud oẽs p̃ſerti germanos ꝓceres Maximiliani nomẽ: eo ꝙ ma
ximas res polliceat. Tuũ eſt eniti & ingenuã operã dare: vt hanc p̃ci
puã inter mortales gloriã cõſequaris: vt etiã q̃ ſupra hoĩem ſũt. tibi
ſoli nõ ipoſſibile credãtur. Cęterũ glorioſiſſime Rex ne lõgi⁹ q̃ fas
eſt tua benigna audiẽdi facilitate: & ſacri tui numinis reuerẽtia abu
ti videamur: vela cõtrahem⁹ & grãdi negotio breuẽ finẽ iponem⁹.
Illuſtriſſimus & ſapiẽtiſſim⁹ princeps Lndonic⁹: cũ nos legatos ad
Cęſareũ maieſtatis tuę culmẽ mitteret: admodũ ſollicit⁹ fuit: ne pa=
rũ tibi exprimere gratũ ei⁹ aĩm ſcirem⁹: neue incredibilẽ deuotionẽ
erga te & auguſtã maieſtatẽ min⁹ q̃ ſit teſtatã redderem⁹: & lętitiarũ
inęſtimabilẽ ac gaudiũ incõparabile nr̃a orõne parũ cõſequeremur
Sed tuę prudentię fuerit: ex paucis multa & quaſi infinita colligere:
et potius varia aſſequi cõiectura: q̃ ex verbis noſtris ꝑcipere. Vtinã
ei⁹ aĩm poſſes liceis oculis introſpicere: ꝑfecto multo plura q̃ referã

# Orationis.D.Iaſonis Finis.

ſtur ſpectares. Agit imprimis deo bonoꝝ omnium largitori, dehinc
ſublimitati tuę gratias quas maximas poteſt : cum diuina opera &
tua benignitate tam deſideratum coniugium ſit ſubſecutum. Dein=
de cum ex tuis regijs legatis :& ipſis rerum ſucceſſibus plane diluci
cideqꝫ perſpexerit ſummã beniuolentiã & dilectionẽ qua erga eũ tua
ſacra maieſtas afficit:& quam de eo optimam opinionẽ cõceperit:
& ꝙ eius pręcipuo intuitu regia celſitudo ad hoc ſacrũ connubium
cõdeſcẽderit:ſeſe omnib⁹ obligationũ nexib⁹, erga ſerenitatem tuã
deuictũ profitet:ac perpetuo obnoxiũ affirmat. Opes itaqꝫ faculta
tes/copias/vires:ſeipſum ac liberos :conſtantiſſima fide pro tuo ar
bitrio etiã abſoluto ac pro imperij vſu & incremento deuouet ac de
dicat. Tuũ omẽ mãdatũ omni ęuo immortalis beneficij loco ducet
Quinimo q̃ verbis aut ſermone/ aĩo celeri/prõpto & expedito. Ad
quãcũqꝫ tuã expeditionẽ:pręſertim in barbaras & turchas nationes
Idẽ diuus Ludouicus ſeſe paratiſſimum exhibet:nõ tã ex eo ꝙ chri
ſtian⁹ ſit.& intelligat quid chriſtianum principẽ deceat:q̃ ꝙ Maxi=
miliani victricia ſigna fulgẽteſqꝫ aquilas :quocũqꝫ vertantur: & in
quẽcũqꝫ rerum euentum inſequi propoſuit. Blancha vero conſors
tua & Auguſta vt oĩb⁹ admirãda:ita a te Cęſare q̃ maxime aman=
da:in te vnũ omẽs charitatis & affectus habenas relaxauit. A te ſo
lo pendere inſtituit:vt nihil vnq̃ illi graue/aut moleſtũ futurum ſit
qđ diuina maieſtas tua imperauerit :non minorem tuę incolumita=
tis q̃ vitę propriæ rationem habituræ.

Actum Iſpurch die.xvi.Martii.Anno a na=
tali Chriſtiano.M.cccc.xciiii.

¶Raymondus Cardinalis Curcenſis Conſumatiſſimo iure conſulto:& oratori facundiſſimo domino Iaſoni Mayno noſtro præcipuo.

NOn poſſumus non ſummopere extollere Iuriſconſulte:& orator præclariſſime orationem:quam ad Sereniſſimũ Romanorum regem pleniori ventorum flatu inſufflaſti. Tanto enim latini ſermonis ornatu:tantoꝗ verborum ſale condita videbatur:vt non ſolum nos ipſi omniũ minimi: verumetiam omnis multitudinis corona publico & vno conſenſu te oratorem in Italia longe cæterorum principem decerneremus. Eam mediusfidius iam porato ſermone a te:ſicut ſcis:petiuimus. Quippe quã publice ſine oratoris diſcrimine legi & publicari poſſe credebamꝰ:Mirũ in modũ eloquio tuo mellito accẽſi ipſã orationẽ apud nos eſſe cupiebamꝰ Sed voto noſtro eo tẽpore ſubueniẽdi locus tibi nõ eſt datꝰ. Siquidẽ ſi recte meminimus: orationem te duntaxat memoriæ mandaſſe: & non totam ſcripſiſſe affirmabas:pollicitus eam vbi omni diligentia exſcripta fuiſſet:ex Mediolano conſtanter nobis eſſe donaturũ. Proinde cum eam ornatiſſimã orationem habere magis magiſꝗ accendamur:& ex memoria in ſcriptis tranſlatã eſſe arbitremur: Deſiderij noſtri partis eſſe duximus:ſi orationem ipſam per litteras noſtras efflagitaremus. Eia igitur te valde oramus:vt huic noſtro Tabellario ad nos dare velis:pollicitiſꝗ tuis occurrere cõtendas:id quod ex humanitate tua te effecturum confidimus. Vale cum ſalute. Ex Prætorio Veroneo octauo Aprilis. M.cccc.xciij.

252